COMPENDIUM TOTIUS INSTITUTIONIS PEREGRINAE...

Baldassarre Cominciani, Marcello Megali

Digitized by Google



Digitized by Google

Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
12 H
447

Google

BIBLIOTECA

1519

Compendium

TOTIVS

INSTITVTIONIS

Peregrinę

Adm. R. P. D. Marcelli Megalij Squillacenſis Clerici Regul.

A'D. Balthaſare Comin-ciano Sacerdote Muti-nenſi congeſtum.

131 6. 9. 54

MVTINÆ, 1624.

pud Iulianum Caſſianum.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
Domino
D. Marchioni Claudio
Rangono.

ILLVD ſemper in more poſitum fuiſſe intellexi, vt quę celeberrimi in omni ſcientiarum genere ſcriptores magno voluminum numero latiùs contenta eſſe voluerunt, ea ſtudioſi homines, vt & quam breuiſſimè explicarentur, & ſummatim perciperentur, colligenda, atq; perſtringẽda curauerint. Hoc non ſolum tot compendiarij optimarum artium libelli, verum etiam, quę adhuc in lucem prodierunt, Martini Nauarri, Franciſci Toleti ſummulę plane com-

probāt, Quamobrē cū ego ſepe ac ſæpius doctiſſima D. Marcelli Megallij Squillacēſis Clerici Regularis ſcripta percurrerim, facturū me eſſe operæ pretiū, putaui ſi hoc opella in lucē ederem, quę capita ipſius lucubrationum ſub certis numeris cōplecteretur, tùm vt laudabili inſtituto inſeruirē, tùm etiam, vt documenta ſumere volentib. lōgę inquiſitionis labor abſit. Tibi igitur Magne Claudi, qui omnes in te vno claudis virtutes, tibi inquā vt tutelari Numini hoc opuſculum dedicatum, deuotūq; cupio, licet alieno marte elaboratum, tamen meæ erga te obſeruantiæ monumentum. Eſto tu huius tutor, pater, & ſcuto tuę magnæ auctoritatis defenſor. Vale Patriæ decus. Mutinæ, Nonis Ianuarij, M.DC,XXIV.

Tibi viro Illuſtriſſimo

Addictiſſimus

Balthaſar Comincianus.

COMPENDIVM, totius Inſtitutionis Peregrinæ

Adm. R. P. D. Marcelli Megalli Squillacenſis Cler. Reg.

Abbas.

1 ABBAS, qui tertiò benedictionē ab Epiſcopo petijt, habetur pro benedicto, ſi eam illi denegauerit. 1. p. lib. 1. c. 15. nu. 6.

2 Abbas tenetur recipere monachum iuſtè eiectum, & ſalua regulari diſciplina redire volentem; eumq; annuatim ſollicitè requirere obligatur: niſi religio contrarium priuilegiũ habeat. 1. 2. lib. 2. c. 27. nu. 2.

3 Abbas, vel Prior debilibus monachis lautiora cibaria miniſtrare poteſt. ibidem in nu. 12.

4 Abbas, & omnes alij Prælati regulares ſub mortali ſtudijs applicare tenentur monacos habiles; illiſq; ea miniſtrare obligantur, quæ ad hoc neceſſaria ſunt: niſi ex rationabili cauſa excuſentur. ibidem. Limita quò ad fratres laicos quamuis habiles ſint vt in num. 16. ibidem.

5 Ab-

5 Abbates, alijq; Prælati exempti, ſi immediatè Papæ ſubdantur, epiſcopalem, & ordinariam iuriſdictionem habent. 1.p. li. 1. c. 7. nu. 17.

Abbatiſſa.

1 Abbatiſſa, vel Prioriſſa eſt incapax exercendi iuriſdictionem Eccleſiaſticam in vtroq; foro: nec ſub mortali præcipere aliquid valet. 1. p. lib. 1. cap. 10. nu. 3. & in 3. p. l. 1. c. 2. nu. 3.

Abiegus.

1 Abiegus eſt ille, qui pecora de paſcuis, vel ex armētis, aut ex gregibus ſubtrahit. 2. 2. l. 2. c. 4 nu. 34.
2 Abiegus non eſt, qui ouem

vnam ex grege, vel ex paſcuis, & aliã ex lupi faucibus ſubtraxit. ib. nu. 37.

3 Abiegus non eſt ille, qui litigioſum bouem ſubtraxit credens eſſe ſuum ibi. num. 38.

Abſens.

1 Abſens dicitur ille, qui extra continentia Vrbis eſt. 1. p. l. 1. c. 10. nu. 5.

2 Abſens, & irrequiſitus cenſuris ligari non poteſt. 3. p. l. 1. c. 3. uu. 34.

Abſolutio à paccatis.

1 Abſolutio nunquam eſt cõfitenti deneganda pro peccatis non confeſſis, etiam ſi confeſſarius certò ſciat aliqua

qua peccata illum commiſiſſe, & interrogatus neget. 1. p. l. 1. c. 2. nu. 12

2 Abſolutio deneganda non eſt pænitenti, qui probabilem ſententiam ſequẽdo aliquid facit. ibi. c. 3. nu. 7.

3 Abſolutio à peccatis danda eſt per preſcriptam formã. *Ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* præmiſſis, & additis præcibus, quę de Eccleſię ſanctę moſre præmitti, & addi ſolent. ibi. nu. 9. & l. 2. c. 10. Et in confeſſionibus frequentioribus quędam non pertinentia ad ſubſtantiam formæ omitti poſſunt in d. num. 9.

4 Abſolutio à peccatis à non ſacerdote ſine ſacrilegio da

 ri.

ri & peti nõ poteſt: nec data valet. Eſtq; hoc de fide affirmandũ. ibi. lib. 1. c. 6. num. 2.

5 Abſolutio peccatorum nõ eſt pænitenti bene diſpoſito differẽda ſine graui cauſa, quæ cedat in commodũ, & bonum ipſius pænitentis. ibi. c. 3. nu. 2.

6 Abſolutio peccatorum dari poteſt etiam extra parochiam, & extra territoriũ (nõ tamen vigore Cõcilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 6.) ſiue confeſſarius habeat in penitentem iuriſdictionem ordinariam, ſiue delegatã. ib. c. 7. nu. 25.

7 Abſolutio in articulo mortis à ſimplici Sacerdote, ſcienter præſtita, præſente Sacerdote iuriſdictionem ha-

habente, valet ſecundum aliquos, & probabilis eſt ſententia: conſultius tamen eſſet ſi daretur ab habente iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, ibi. c. 9. nu. 26.

8 Abſolui poſſunt ſcholares, & omnes alij, qui à proprio ſacerdote ſunt abſentes, à Parocho illius Parochiæ quam inhabitant, ſi ad proprium commode redire nō poſſunt: non tamen iuriſdictione ordinaria, ſed tacitè delegata. ib. c. 7. nu. 14.

9 Abſoluere non poteſt Epiſcopus exteros in ſua diæceſi cōmorantes ab omnibus peccatis à quibus ſubditos ſuos abſoluere valet, niſi in Paſchate per declaratiōnē Eugenij IV. ib. nu. 15.

10 Abſolui poſſunt viatores in Paſchate vbicunq; ſe inuenerint ex d. conceſſione Eugenij iv. tanquam ſi incolatum adepti eſſent. ibi.
11 Abſolui vt quis poſſit in aliena parochia a non ſuo Parocho, vbi nõ viget cõſuetuto abſoluendi omnes, tria cõcurrere debẽt, ſc. vt hoc nõ fiat in fraudem, vt confeſſio ex aliqua neceſſitate fiat, & vt non adſit cõmoditas accedendi ad proprium. ibi. nu. 22.
12 Abſolui indiſtincte poſsũt ex conſuetudine vagabundi, qui nullibi domicilium habent, vbi degunt, aut vbi reperiũtur. in d.c.7 nu. 13. in fine.
13 Abſoluens ſubditnm falsò credens nõ eſſe ſubditum, quam-

quamuis credat abſolutionem non valere, & mortaliter peccet, validè tamen abſoluit ſi volũtate abſoluendi adeſt, ac bona fides pænitentis. ibi. num. 24.

Abſolutio à reſeruatis.

1 Abſoluens à peccatis eum, qui caſum reſeruatum habet, vel licentiam abſoluẽdi prius procuret, vel iuxta vniuerſalem Eccleſię conſuetudinem abſoluat à peccatis, ſi caſus excommunicationẽ annexam non habeat, & pro reſeruato penitentem ad ſuperiorem remittat 1. p. c. 3. nu. 8.

2 Abſolutio a reſeruatis duobus modis dari poteſt, ſe dirette, & indirecte. Directè

fit

fit quando peccata expreſsè, & diſtinctè in confeſſione explicantur, & confeſſarius ſuper illis formã profert. lib. 1. c. 13. nu. 1. Indirectè verò quando pęnitens reſeruata in confeſſione iuſtè omittit, ita vt formaliter integre confeſſus cenſeatur, & ſi non materialiter, & confeſſarius à confeſſis abſoluit, à quibus directè manet abſolutus, & indirecte, etiã à reſeruatis. Item indirectè fit quando pęnitens non reſeruata, & reſeruata confitetur, & abſoluitur à non reſeruatis; tunc enim etiam à reſeruatis remanet abſolutus indirectè, & ſic in ſimilibus, vt in d. l. 1. c. 14. nu. 1. & 2. Niſi ſit excommunicatus,

vt

vt infra in numero 16.

3 Abſolutio à reſeruatis directè à duobus dari poteſt ſc. ab eis, qui iuriſdictionē ordinariam habent: & hi ſunt illi, qui eos ſibi reſeruarunt in d. c. 13. num. 1. Et ab eis, qui à reſeruantibus, vel eorum ſuperioribus auctoritatem habent. ibi. in nu. 17.

4 Abſolutio à reſeruatis Epiſcopo viſitationis tampore etiā ab Archiepiſcopo dari poteſt: & idem erit in caſu negligentiæ, vel iniuſtæ denegationis Epiſcopi. d. c. 13. nu. 1.

5 Abſoluere à reſeruatis Papæ iuriſdictione ordinaria directè poſſunt Epiſcopi in omnibus caſibus, pro quibus ad Sedem Apoſtolicā quis

quis accedere non poteſt: nec non & ab omnibus peccatis occultis d. c. 13. nu. 2. exceptis reſeruatis in Bulla cænæ Domini. ibi. num. 15. Et reſeruatis poſt Concil. Tridentini in num. 16.

6 Abſoluere à reſeruatis Papæ vigore Concil. Tridentini ſeſſ. 24. c. 6. Epiſcopus non poteſt, quando peccatum eſt notorium, manifeſtum, aut famoſum, quamuis occultus ſit peccator. ibi. nu. 7.

7 Abſoluere a reſeruatis Papæ vigore d. Concil. Epiſcopus non poteſt etiam ſi peccatum ſit occultum in propria diæceſi, ſi tamen in alia diæceſi ſit notorium notorietate iuris prouenien-

niente ex declaratoria iudicis ſententia. ſed abſoluere poteſt quando in propria eſt occultũ, in alia verò notorium, ſiue notorietate facti, ſiue iuris: dummodo iuris notorietas nõ proueniat ex Iudicis ſentẽtia. in d. c. 13. nu. 8.

8 Abſoluere à reſeruatis in vna diæceſi poſſunt communes Confeſſarij in alia diæceſi vbi non ſunt reſeruata. ibi. & in nu. 31.

9 Abſoluere à reſeruatis Papę vigore d. Concil. Trid. Epiſcopus non poteſt quádo peccatum eſt publicum in vna vicinia, quamuis ſit occultum reſpectu totius ciuitatis. ibi in nu. 9.

10 Abſoluere regulares ab occultis Papę reſeruatis vigore

gore Concil. Trid. Epiſcopus non poteſt, ſed ipſi regulares a proprijs ſuperioribus ſunt abſoluendi, vigore cuiſdam conceſſionis Pij V. ibi. nu. 10.

11 Abſoluēdi ab occultis Papæ reſeruatis vigore Concilij ſupradicti auctoritas tranſit ad capitulum Epiſcopali ſede vacante. ibid. num 12.

12 Abſoluere ab occultis Papæ reſeruatis ſubditos ſuffraganeorum, vigore Cōcilij Tridentini Archiepiſcopus poteſt viſitationis tempore. ibi. nu. 13.

13 Abſoluere à quibuſcūq; reſeruatis ex priuilegio poſſunt confeſſarij Clericorū Regularium, & Societatis Ieſu, & omnium ordinum

Men-

Mendicantium: exceptis reſeruatis in Bulla cænę Domini, à quibus tantum in remotiſſimis terris infidelium abſoluere valent. ibi. in nu. 17. ſed hoc priuilegiũ & omnia alia quò ad hanc materiam ſunt hodie modificata per decretum ſacrę congregat. & Bullam Clementis viij. vt in num. 18. & 19. quod decretum explicatur à nu 20. vſq; ad 24. & tantum prodeſſe priuilegia huiuſmodi in articulo mortis dicitur in nu. 23.

14 Abſoluere vt à reſeruatis valeant confeſſarios ſuperior deputare non obligatur: ſed ratio paſtoralis officij, & charitatis poſtulat, vt circa hoc ſubditis prouideat. Et ſine legiti-

ma cauſsa facultatem vt abſolui poſſint ſubditis denegrare non debet. ibi. in nu. 24. Imò ſuperiores regularium occurrente caſu debent vni ex confeſſarijs deputatis abſolutionẽ reſeruatorum commitere; in nu. 28. & illa à regularibus non autem ab alijs petita, & non obtenta. pro illa vice abſolui poſsũt. in nu. 29. & denegandi hanc licentiam triplex ligitima cauſa inuenitur Prima ſi eſſet occaſio recidiui. ſecũda quãdo peccatum vergeret in damnum cõmunitatis, vel tertiæ perſonæ. Tertia quãdo fieret ob aliorũ exemplum vt metu difficultatis obtinẽdi abſolutionẽ reſeruata vitarẽt in d. c. 13. n. 25.

15 Ab-

15 Abſolutus ſemel à reſeruatis directè non tenetur iterum pro illorum abſolutione ad ſuperiorem redire, quanuis aduertat cōfeſſionem ſuperiori factam fuiſſe nullā; niſi fuiſſe nullam aduertat ob defectum confeſſionis ipſius reſeruati. ibi. in nu. 32.

16 Abſolutio à reſeruatis indirectè nec in caſu neceſſitatis dari poteſt quādo caſus excommunicationem, Summo Pontifici reſeruatam habet annexam. in d. c. p. lib. 5. c. 19. num. 7. in fine.

17 Abſolutio à reſeruatis inculpabiliter præſtita a cōfeſſario, qui auctoritatem quò ad illa non habebat, valida eſt; ſed errore detecto,

tecto; reſeruata ſuo iudici ſunt ſolummodo confitenda: & ſi pænitẽs mala fide abſolutionem recepit, confeſſio nulla eſt. ibi. in nu. 14.

Abſolutio à Cenſuris.

Abſolutio à cenſuris ab abſolutione à peccatis differt Primò quia prima dari poteſt ignoranti, & inuito ac perſeueranti in cauſsa excommunicationis, ſecunda nequaquam. Secundò quia prima eſt ſeparabilis, & dari poteſt a quibuſdam, remanentibus alijs, ſecundo nullo modo, niſi ab omnibus. Tertiò quia prima dari validè poteſt etiam in generali, nulla cauſsa excommunicationis explica-

ta, ſecunda non, niſi cauſſa explicata, ita vt ſi aliqua peccata inculpabiliter omittantur remaneat obligatio confitenti illa. in 1. p. lib. 1. c. 14. nu. 11. Quartò quia prima nullam habet præſcriptam verborũ formam, vt in d. lib. 1. c. 10. nu. 1. ſecunda verò illam habet, vt ſupra in ver. abſolutio à peccatis, num. 3. Quinto quia prima valide dari poteſt ſub conditione, tam de præſenti, quã de præterito, quàm de futuro, vt in 3. p. l. 1. c. 10. nu. 27. ſecunda non niſi cum cõditione de præterito aut de præſenti, vt in 1. p. l. 1. 2. c. 11. nu. 1.

Abſolutio à cenſuris quatrupliciter dari poteſt, ſcil.

ad

ad cautelam, abſolutè, ſeu ſimpliciter ſub cōditione, & ad reincidentiam. in 3. p. lib. 1. c. 10. num. 18 cum ſequentibus.

3 Abſolutio à cēſuris ad cautelam ante abſolutionem à peccatis eſt præmittenda, ex eccleſiæ conſuetudine, quia ſi forte pænitens excommunicatione tunc ligatus eſſet etiam ignoranter, illa cognita abſolutionem petere non obligaretur, ſi ſacerdos auctoritatē habebat abſoluendi ab illa excōmunicatione. ibi. l. 1. c. 3, nu. 12. Fruſtra tamen pręmittitur vbi cenſuræ omnes ſunt Epiſcopo reſeruatę, niſi cōfeſſarius, aut pęnitens priuilegium habeat. ibi. in nu. 10.

3 Abſolutio à cēſuris ad cautelam a ſimplici abſolutione quò ad ſubſtantialia nō differt in 3. p. lib. 1. c. 10. nu. 19. Petitur, daturq; regulariter pro cautela vitādi nullitatē alicuius actus, aliquaſq; pænas. ibi.

4 Abſolutio à cēſuris ad cautelā dari, petiq; etiam ſolet quādo dubitatur de valore, aut nullitate cenſuræ. ib. in nu. 20. ſed dari petiq; non poteſt quando certò conſtat cēſuram eſſe nullā in nu. 21. Dariq; poteſt ab eo tantum, qui ab eadem cenſura ſimpliciter abſoluere valet, quando certa eſt in nu. 23.

Abſolutio à cēſuris ad cautelam quibuſcunq; verbis dari poteſt, dummodo ex-

primatur dari ad cautelam ante vel poſt abſolutionē, ſi detur pro foro exteriori; ſed ſi detur pro foro conſcientiæ, intentio ſola ſufficit d. c. 10. nu. 24.

6 Abſolutio à cēſuris ad cautelam, vt iuridice in exteriori foro detur, duo requirit, ſcil. vt præcedat citatio partis aduerſę; niſi adſit periculum in mora, vel niſi Papa extra iudiciū gratiam faciat: & vt detur iuramentū de parendo mādatis, ſi cōſtaret cenſuram eſſe validam. in nu. 25. Tenet tamen abſolutio pręſtita his nō ſeruatis. in nu. 26.

7 Abſoluēdi à cenſuris poteſtas duplex, vna ordinaria alia delegata. Ordinariam poteſtatem abſoluendi

di à cẽſuris illi habent, qui habent ordinariam poteſtatẽ ferendi illas in d. 3. p. lib. 1. c. 7. nu. 2. Delegatã verò habent illi, qui ex officio, exterioris fori iuriſdictionem non habent, nec cõmiſſam habent vniuerſalitatem cauſarum, ſed tãtum abſoluendi hanc poteſtatem ab eo ſibi cõmiſſam, qui ordinariam iuriſdictionem habet, vt in c. 8. per totum.

8 Abſolutio à cenſuris quibuſcunq; in mortis articulo omnibus ſacerdotibus demandata eſt, modo abſoluendus ſigna contritionis oſtendat d. c. 8. nu. 1. ſed ſi abſolutus cõualeſcat excommunicatori ſe prẽſẽtare debet, alioquin eandem

dem cenſuram incurrit. in nu. 2. Et ſi in tali articulo adeſſet qui extra illum abſoluere poſſet, tutius eſſet ab illo abſolutionem obtinere, omiſſo ſimplici ſacerdote in nu. 3.

9 Abſoluere à cenſuris nemini reſeruatis, & per ſententiam generalem à iure vel ab homine latis, poſſunt in foro conſcientiæ ſacerdotes omnes, qui ab Epiſcopo facultatem habent abſoluendi à mortalibus d. c. 8. nu. 1.

10 Abſoluere ab excommunicatione minori in foro conſcientiæ poſſunt ſacerdotes omnes ibi. & in c. 7. q. 2. & 3.

11 Abſoluere ex delegata poteſtate poſſunt Inquiſitores

res hæreticę prauitatis nõ ſolum eos, quos ipſi excõmunicarunt in vtroq; foro: ſed quò ad forum exterius abſoluere etiam valent hęreticos pænitentes, conſulto tamen epiſcopo. & abſoluere ipſe ſolus poteſt excommuuuicatos à ſe d. c. 8. nu. 5.

12 Abſoluere à cenſuris reſeruatis à iure illi poſſunt, quibus ius illas reſeruat, vel alij de mandato illorũ, ſed quò ad reſeruatas ſummo Põtifici abſoluunt quãdoq; epiſcopi in conſcieutiæ foro iuxta dicta ſupra in ver. Abſolutio à reſeruatis nu. 5. & quandoq; etiam in foro exteriori, vt infra in ver. epiſcopus. In foro autem exteriori ordinario

iure ipſe ſolus Papa abſoluit: nec Legati hoc poſsũt, niſi habeant ſpeciale mandatũ: excepta tamen excommunicatione per violentam manuum iniectionem in clericos, à qua Legati à latere abſoluunt nõ ſolum intra fines ſuę legationis eos qui ſunt de ſua prouincia; ſed cum fuerint Vrbem egreſſi eundo, & redeundo abſoluunt vndecunq; ad ſe venientes: alij verò Legati abſoluunt tantum illos de ſua prouincia, & intra fines illius in d. l. 1. c. 7. nu. 4. & 5. & vide infra in ver. Legatus.

13 Abſoluere à cenſuris Papæ reſeruatis ſolummodo in foro conſcientię poteſt ſũmus Pęnitentiarius, niſi ha-

habeat ſpeciale mandatū, & niſi ſedes Pontificia vacaret: in quo caſu ab omnibus cenſuris Papæ reſeruatis abſoluit ibi. in nu. 7.

13 Abſolutus in foro poli ab excōmunicatione reſeruata Pape ex delegatione ipſius Papę aut Legati, non ideo abſolui ab epiſcopo poteſt quò ad forum exterius, niſi ſit impeditus Romá adire, vt infra in ver. epiſcopus. ibi. in nu. 6.

14 Abſolui à cenſuris Papæ reſeruatis etſi per epiſcopū poſſint potētiæ magnæ homines, qui ita ſunt delicati, vt laborem eundi Romam ſuſtinere non valeāt; abſoluendi tamen non ſunt niſi conſulto Romano Pontifice, quando non adeſt

periculum in mora, in quo caſu abſoluendi ſunt præſtita cautione de parendo mandatis Papæ ibi. in n. 13.

15 Abſoluendus ab excōmunicatione Papæ reſeruata ex eo quòd legitimè impeditus Romam ire non poteſt, eſt prius iuramento ligandus ad acceſſum quam citius potuerit; & ceſſante impedimento non accedēs eandem excommunicationem incurrit. ſed ceſſante iuramento regulariter ſic abſolutus Romam adire nō tenetur. ibi. in nu. 23. vbi corrige ly *Sed ceſſante impedimento regulariter*, & cæt. & lege *ſed ceßante iuramento regulariter*, & cæt. fuit enim error impreſoris.

16 Abſoluere à cenſuris ab ho-

homine ſpecialiter promul
gatis ille ſolus poteſt qui
illas tulit, vel eius ſucceſ-
ſor, aut ſuperior, niſi ipſe
qui eſt cenſura ligatus ali-
quo legitimo impedimen-
to detineatur, vt nõ poſ-
ſit Romam adire, ſi caſus
eſſet Papę reſeruatus, quia
tũc abſolueretur ab epiſco
po. d. c. 7. nu. 48.
17 Abſoluere ab excommu-
nicatione, quam quis pro-
mulgauit in quinq; caſibus
ipſe non poteſt Primò quã
do epiſcopus excommuni-
cat, & denunciat incendia-
rium, poſt denunciationẽ
enim abſoluere illum non
poteſt. ſecundò quãdo ex-
communicatus a delegato
Papæ propter inobedien-
tiam ſententiæ, per annum

Digitized by Google

abſolutionem non obtinuit; nam tunc poſt annum a ſolo Papa abſoluitur. Tertiò quando ipſe excommunicãs, excommunicationẽ maiorem contraxit. Quarto quando excommunicãs fuit merus executor. Quinto quando excommunicatio fuit lata ab inferiori, & Papa ex certa ſcientia illã confirmauit. & idem eſt quando quislibet alius inferior excommunicauit. [illegible] ſuperior ex certa ſci[illegible]a cõfirmauit in d. c. 7. nu. 49.

18 Abſolutio excõmunicationis data à ſuperiore excõmunicatoris, tenet quãuis data ſit nõ audito excõmunicatore, nec citata parte etiam ſi conſuetudo eſſet in contrariũ ibi. in nu. 54.

19 Ab-

19 Abſolutionem à cenſuris vt quis valide recipere valeat ab eo qui abſoluendi auctoritatem habet tria requirũtur Primũ diſtinctio perſonarum inter abſoluẽtem, & illum qui abſoluitur. Secundum vt abſoluendus ceſſet à contumacia. Tertium vt abſolutionem non extorqueat per vim, & metum. d. lib. 1. c. 9. nu. 5. & 16.
20 Abſolutio excommunicationis homini mortuo & ſi quò ad Deum verè dari nõ poſſit, abſolutio tamen illa quò ad eccleſiam vera eſt abſolutio tollens inhabilitatem participandi communicationem orationũ, & ſuffragiorum eccleſiæ quò ad animam, & eccle-

ſiaſticam ſepulturam quò ad cadauer. in d. c. 9. num. 3. & 4.

21 Abſolulio à cenſuris etſi nullā habeat præſcriptam verborum formam, vt ſupra in num. 1. & quamuis quò ad Deum, & in conſciētię foro valida ſit ex ſola intentione abſoluentis, tamen quò ad forum exterius, & quietem conſcientiæ illius qui abſoluitur, ſignum aliquod sēſibile requirit, quo ſufficienter moralis ille effectus abſoluendi pateat. in lib. 1. c. 20 nu. 1. & 6. & vt detur ſine peccato danda eſt in forma eccleſię cōſueta rationabili cauſſa ceſſante in nu. 9.

22 Abſolutio à cēſuris, ſi ſub aliqua certa forma conceſ-

ſa

la ſit. forma in conceſſione explicata omnino ſeruanda erit, alioquin nulla erit abſolutio, ſi conceſſio illa nouam aliquam, ſeu peculiarem formam cōtineret, & omiteretur ex dolo ; vt in d. c. 10. nu. 9. 10. & 11. ſecus ſi diceret in forma eccleſiæ conſueta ; tunc enim licet peccet formam illam non ſeruans ſine rationabili cauſa, abſolutio tamen valet. ibi. in nu. 9. & 10. In foro tamen conſcientiæ ſufficit ſeruare formam illam communē, quę ſeruatur in præſtanda abſolutione ſacramentali. ibi. num. 13.

13 Abſolutio à cenſuris ſub conditione tripliciter dari poteſt, ſcil. de pręſenti. de præ-

præterio, & de futuro, & verificata conditione valida erit quocunq;modo detur. ibi. in nu. 27. Non poteſt tamen ſub conditione aliqua imprudẽter ſine rationabili cauſe dari abſq; graui culpa. in num 28. quamuis quò ad ſubſtantiam non differat ab abſolutione ſimpliciter data, nec a data ad cautelam. num. 29.

24 Abſolutio à cenſuris ſub conditione de futuro differt ab alijs;quia in illa differtur abſolutio vſq; ad euentum conditionis, in alijs autem effectus ſtatim ſequitur. ibi.

25 Abſolutio à cenſuris ad reincidentiã tripliciter dari poteſt, nimirum ad certum,

tum, & præfinitum tẽpus, ad certum, & præfinitum actum, & ad aliquid faciẽdum intra certum tempus in num. 30. Abſolutus ad reincidentiam primo, & ſecundo modo, tranſacto tẽpore, vel actu illo, ꝑ quo quis abſolutus fuit, ſtatim iterum reincidit in eandẽ cenſuram. Abſolutus verò tertio modo, abſolutio tenet vſq; ad tempus præfinitum, ſed illo tranſacto, ſi non fuit adimpletum id ad quod faciendum hęc abſolutio data fuit, ſtatim recidit in eandem cenſuram ibi. nu. 31.

16 Abſolutio à cẽſuris ad reincidentiam etſi quò ad ſubſtantiã & realitatẽ abſolutionis non differat ab alijs ſu-

ſupradictis modis differt tamē in quibuſdam ab abſolutione ad cautelam; nā abſolutus ad cautelam pro aliquo actu faciendo, ſi eſſet excōmunicatus, & aliũ actum faceret, pro quo nó fuit abſolutus, actus ille non valeret; ſed abſolutus ad reincidentiam pro aliquo actu faciendo ſi interim alium actum faceret, etiam actus ille valeret.

27 Abſoluere ad reincidentiá ille ſolus poteſt, qui poteſt ſimpliciter abſoluere. ibi. num. 33.

28 Abſolutio Papæ ab excōmunicationibus Bullæ cęnæ Domini, non compræhendit, eos qui ab actibus ibi prohibitis non deſiſtũt. in 3. p. l. 3. c. 11. nu. 44.

29 Ab-

29 Abſolutio ab excommunicatione contracta per ſimoniam confidentialem, danda eſt cum clauſula, vt vterq; ad beneficium, ſuper quo fuit ſimonia commiſſa perpetuò inhabilis exiſtat. in 3. p. lib. 4. c. 5. num. 109. reſeruataq; eſt ſummo Pontifici, excepto mortis articulo. in nu. 113.

30 Abſolutionem à cenſuris extorquentes per vim, & metum excommunicationem ipſo iure incurrũt ib. l.1.c.9. n.15. & l.4.c.6. n.43.

31 Abſolutio excommunicatorum licita eſt interdicti tempore ibi. l. 6.c.2. n. 25.

Acceptio perſonarum.

Acceptio perſonarum cõ-

tra

c.32.nu.90. & 2. 2. l.2. c.2. nu. 20. ſed actio iniuſtitiæ tranſit d. nu. 20.

2 Actio ad id quod ſua intereſt vnicuiq; datur 1. 2.l.2. c. 27. nu. 8.

3 Actio ſubſidiaria conceditur quando propria, & ſpecialis deficit. ibi.c.15.nu.3.

4 Actio quanti minoris durat per annum. 2. 2. l. 2. c. 6. num. 153. ſed actio redibitoria per ſex menſes. ibi. num. 155.

5 Actio redibitoria & quanti minoris licet detur quò ad res vitio corporis infectas, tamen non datur quò ad infectas vitio animi, niſi in quinq; caſibus ſcil. Primo quando venditor promiſit animal vẽditum animi vitio carere, & eſſe ad

præ-

prædictam actionem obligauit, ſecundo in vendito ſeruo errone, aut fugitiuo. Tertio quando venditor expreſſe dixit animal animi vitium non habere. Quarto quãdo fuit venditus ſeruus reus pœnę mortis, vel priuationis ciuitatis Quinto quando animal vẽditum ob vitiũ animi nullius eſſet valoris. d. c. 6. num. 161.

ctio in cõtractibus vltro, citroq; obligatorijs non datur, niſi adimplenti obligationem ex parte ſua. ibi. 3. nu. 11.

ctionem vi bonorum raptorum iura non concedunt, vbi res immobilis per vim eſt inuaſa, niſi in prædio inuaſo etiam mobil-

bil i

abſolutionem non obti-
nuit; nam tunc poſt annum
a ſolo Papa abſoluitur. Ter-
tiò quando ipſe excommu-
nicās, excommunicationē
maiorem contraxit. Quar-
to quando excommunicās
fuit merus executor. Quin
to quando excommunica-
tio fuit lata ab inferiori, &
Papa ex certa ſcientia illā
confirmauit. & idem eſt
quando quislibet alius in-
ferior excommunicauit
ſuperior ex certa ſci[illegible]a
cōfirmauit in d. c. 7. nu. 49.
18 Abſolutio excōmunicatio
nis data à ſuperiore excō-
municatoris, tenet quāuis
data ſit nō audito excōmu-
nicatore, nec citata parte
etiam ſi conſuetudo eſſet
in contrariū ibi. in nu. 54.

19 Ab-

19 Abſolutionem à cenſuris vt quis valide recipere valeat ab eo qui abſoluendi auctoritatem habet tria requirũtur Primũ diſtinctio perſonarum inter abſoluẽtem, & illum qui abſoluitur. Secundum vt abſoluendus ceſſet à contumacia. Tertium vt abſolutionem non extorqueat per vim, & metum. d. lib. 1. c. 9. nu. 5. & 16.

20 Abſolutio excommunicationis homini mortuo & ſi quò ad Deum verè dari nõ poſſit, abſolutio tamen illa quò ad eccleſiam vera eſt abſolutio tollens inhabilitatem participandi communicationem orationũ, & ſuffragiorum eccleſiæ quò ad animam, & eccle-

ſiaſticam ſepulturam quò ad cadauer. in d. c. 9. num. 3. & 4.

21 Abſolutio à cenſuris etſi nullã habeat præſcriptam verborum formam, vt ſupra in num. 1. & quamuis quò ad Deum, & in conſciẽtię foro valida ſit ex ſola intentione abſoluentis, tamen quò ad forum exterius, & quietem conſcientiæ illius qui abſoluitur, ſignum aliquod ſẽſibile requirit, quo ſufficienter moralis ille effectus abſoluendi pateat. in lib. 1. c. 20 nu. 1. & 6. & vt detur ſine peccato danda eſt in forma eccleſię cõſueta rationabili cauſſa ceſſante in nu. 9.

22 Abſolutio à cẽſuris, ſi ſub aliqua certa forma conceſ-

ſa ſit. forma in conceſſione explicata omnino ſeruanda erit, alioquin nulla erit abſolutio, ſi conceſſio illa nouam aliquam, ſeu peculiarem formam cõtineret, & omiteretur ex dolo; vt in d. c. 10. nu. 9. 10. & 11. ſecus ſi diceret in forma ecclesiæ conſueta; tunc enim licet peccet formam illam non ſeruans ſine rationabili cauſa, abſolutio tamen valet. ibi. in nu. 9. & 10. In foro tamen conſcientiæ ſufficit ſeruare formam illam communẽ, quę ſeruatur in præſtanda abſolutione ſacramentali. ibi. num. 13.

13 Abſolutio à cenſuris ſub conditione tripliciter dari poteſt, ſcil. de pręſenti. de præ-

præterio, & de futuro, & verificata conditione valida erit quocunq; modo detur. ibi. in nu. 27. Non poteſt tamen ſub conditione aliqua imprudēter ſine rationabili cauſe dari abſq; graui culpa. in num 28. quamuis quò ad ſubſtantiam non differat ab abſolutione ſimpliciter data, nec a data ad cautelam. num. 29.

24 Abſolutio à cenſuris ſub conditione de futuro differt ab alijs; quia in illa differtur abſolutio vſq; ad euentum conditionis, in alijs autem effectus ſtatim ſequitur. ibi.

25 Abſolutio à cenſuris ad reincidentiā tripliciter dari poteſt, nimirum ad certum,

tum, & præfinitum tēpus, ad certum, & præfinitum actum, & ad aliquid faciē-dum intra certum tempus in num. 30. Abſolutus ad reincidentiam primo, & ſecundo modo, tranſacto tēpore, vel actu illo, ꝑ quo quis abſolutus fuit, ſtatim iterum reincidit in eandē cenſuram. Abſolutus verò tertio modo, abſolutio te-net vſq; ad tempus præfini-tum, ſed illo tranſacto, ſi non fuit adimpletum id ad quod faciendum hęc abſo-lutio data fuit, ſtatim re-cidit in eandem cenſuram ibi. nu. 31.

16 Abſolutio à cēſuris ad re-incidentiam etſi quò ad ſub ſtantiā & realitatē abſolu-tionis non differat ab alijs ſu-

ſupradictis modis differt tamē in quibuſdam ab abſolutione ad cautelam; nā abſolutus ad cautelam pro aliquo actu faciendo, ſi eſſet excōmunicatus, & aliū actum faceret, pro quo nō fuit abſolutus, actus ille non valeret; ſed abſolutus ad reincidentiam pro aliquo actu faciendo ſi interim alium actum faceret, etiam actus ille valeret.

27 Abſoluere ad reincidentiā ille ſolus poteſt, qui poteſt ſimpliciter abſoluere. ibi. num. 33.

28 Abſolutio Papæ ab excōmunicationibus Bullæ cęnæ Domini, non compræhendit, eos qui ab actibus ibi prohibitis non deſiſtūt. in 3. p. l. 3. c, 11. nu. 44.

29 Ab-

29 Abſolutio ab excommunicatione contracta per ſimoniam confidentialem, danda eſt cum clauſula, vt vterq; ad beneficium, ſuper quo fuit ſimonia commiſſa perpetuò inhabilis exiſtat. in 3. p. lib. 4. c. 5. num. 109. reſeruataq; eſt ſummo Pontifici, excepto mortis articulo. in nu. 113.

0 Abſolutionem à cenſuris extorquentes per vim, & metum excommunicationem ipſo iure incurrũt ib. l.1.c.9. n.15. & l.4.c.6. n.43.

1 Abſolutio excommunicatorum licita eſt interdicti tempore ibi, l. 6.c.2. n. 25.

Acceptio perſonarum.

Acceptio perſonarum cõ-

tra

tra iuſtitiam diſtributiuam eſt mortale peccatum 1. 2. l. 1. c. 18. nu. 61.

Acceſſorium.

1 Acceſſoriũ nõ ſequitur naturam ſui principalis quando ideo ſequeretur peccatũ 1. 2. l. 2. c. 32. nu. 36.

2 Acceſſorium tollitur quando tollitur principale. ibi. c. 27. nu. 4.

Accuſatio. Accuſator, & Accuſatus.

1 Accuſatio adulterij quinquennio præſcribitur 1. 2. lib. 2. c. 32. nu. 77.

2 Accuſatori ante litem conteſtatam ab accuſatione ſine pæna deſiſtere licet. ib. l. 2. c. 18. nu. 44.

3 Accu-

3 Accuſatori ab accuſatione diſcedere non licet ſine conſenſu aduerſarij poſt litem conteſtatam, ſi aduerſarius paſſus eſt iniuriā, carceres, vel tormenta ibi. in nu. 48.

4 Accuſator, ſi cauſam non proſequitur in ſumptibus litis condemnatur. ibid. in num. 46.

5. Accuſatus, qui delictum quod contra illum probari non poteſt, negauit, nullam reſtitutionem accuſatori facere obligatur. 2. 2. l. 3. c. 1. nu. 27.

Actio.

Actio iniuriarū ad heredes & cōtra heredes nō tranſit, niſi cōteſtata ſit lis. 1. 2. l. 2. c. 32.

c.32.nu.90. & 2. 2.l.2. c.2. nu. 20. ſed actio iniuſtitiæ tranſit d. nu. 20.

2 Actio ad id quod ſua intereſt vnicuiq; datur 1. 2.l.2. c. 27. nu. 8.

3 Actio ſubſidiaria conceditur quando propria, & ſpecialis deficit. ibi.c.15.nu.3.

4 Actio quanti minoris durat per annum. 2. 2. l. 2. c. 6. num. 153. ſed actio redibitoria per ſex menſes. ibi. num. 155.

5 Actio redibitoria & quanti minoris licet detur quò ad res vitio corporis infectas, tamen non datur quò ad infectas vitio animi, niſi in quinq; caſibus ſcil. Primo quando venditor promiſit animal vēditum animi vitio carere, & ſe ad

præ-

prædictam actionem obligauit, ſecundo in vendito ſeruo errone, aut fugitiuo. Tertio quando venditor expreſſe dixit animal animi vitium non habere. Quarto quãdo fuit venditus ſeruus reus pænę mortis, vel priuationis ciuitatis Quinto quando animal vẽditum ob vitiũ animi nullius eſſet valoris. d. c. 6. num. 161.

Actio in cõtractibus vltro, citroq; obligatorijs non datur, niſi adimplenti obligationem ex parte ſua. ibi. c. 3. nu. 11.

ctionem vi bonorum raptorum iura non concedunt, vbi res immobilis er vim eſt inuaſa, niſi in rædio inuaſo etiam mobil i

bilia eſſent. d. c. 3. nu. 8.
8 Actionē habere minus eſt quàm habere rem. 1.p. l. 5. c. 17. nu. 4.

Actus.

1 Actus imperfectio a peccato mortali excuſat. 1.p.l.1. c. 1. nu. 9.
2 Actus deteſtationis peccatorum eſt efficax affectus voluntatis, quo peccator à ſe commiſſa peccata odio habet. ibi. l. 2. c. 4. nu. 2.
3 Actus deteſtationis peccatorum maximus eſſe debet appretiatiuè, non intenſiuè, hoc eſt, vt homo propter quoduis cōmodū cōſequendum, vel euitandū incommodum peccaſſe nó vellet d. c. 4. num. 3.

4 Actus

Actus verus amoris erga Deũ ſup oĩa etiã peccatorũ deteſtationẽ virtualiter cõtinet: ſi ex naturali obliuione, ſeu ex inculpabili inconſideratione peccatorum non recordetur. d.l.2. c. 5. nu. 6.

Actus plures habens ratione finis deformitates cum eis omnibus in confeſſione eſt explicãdus; nec cõfiteri poteſt per modum pluriũ peccatorum. d. 1. p. l. 5. c. 15. nu. 6.

Actus peccati duplex, ſcil. merè internus, & mixtus. Actus mere internus eſt ille, qui ſola volũtate perficitur. Actus verò miſtus eſt ille, qui internè q̃dẽ in voluntate eſt, ſed externo actu cõpletur d.1.p.l.5.c.18 n. 3.

D 2 Actus

7 Actus peccati ſiue merè internus ſit, ſiue miſtus, duobus modis dici poteſt interruptus. Primò ſumendo interruptionem largo modo pro omnimoda ceſſatione ab actu, per contrarium actum, vel per actum pænitentiæ. ſecundò modo per diuerſionem ad alia. Et duobus etiam modis dici poteſt renouatus primo ꝑ nouam deliberationẽ poſt interruptionem; & ſecundo per nouam deliberationẽ ſine interruptione. Hic autem ſecundus non multiplicat peccata numero, primus autem ſic. ibi.
8 Actus externus duobus modis multiplicari poteſt, ſc. poſt interuallũ tẽporis, & ſucceſſiuè. d. c. 18. nu. 7.

9 Actus

9 Actus externi ſunt in duplici differentia; alij enim sũt ex genere ſuo intriſecus mali, vel ſaltem mali quia prohibiti: & de eis dic, & diſtingue, vt in nu. ſeq. alij vero intrinſecus non ſunt mali, nec prohibiti, ſed ſunt mali ratione finis. ibi, & hi ſemper eandem habẽt malitiam, ſiue fiant ſucceſſiue, ſiue cum notabili interuallo temporis ibid. in num. 9.

o Actus externi intrinſecus mali, ſunt etiam in duplici differentia: alij enim ſunt qui vt plurimum ad alia nõ ordinantur, ſed per ſe ſubſiſtunt, & certos habent terminos, in quibus conſumuntur, vt fornicatio, homicidium, & ſimilia.

Alij verò ſunt, qui & ſi certos habeant terminos, & per ſe ſubſiſtere poſſint, nihilominus ad alios actus ordinari ſolẽt, vt oſcula, & tactus. In actibus primę ſpeciei quoties renouat actus etiam ſucceſſiue, multiplicatur peccatum. In actibus vero ſecundæ ſpeciei, quã-do per ſe fiunt ſucceſſiuè, non moltiplicatur peccatũ per renouationem actus; ſecus quando fiunt ex interuallo: quando autem fiunt in ordine ad aliud, nunquã renouatur, & multiplicatur peccatum, niſi per conſumationem actus, ad quem diriguntur d.c. 18. nu. 8.

11 Actu vnico voluntatis decem homines occidens

vnum

vnum peccatum committit. Et qui imprecatur mortem alicui, & totæ familiæ; vel maledicit D. Petro, & Vndecim Apoſtolis, duo tantum peccata committit d. l. 5. c. 12. nu. 4.

12 Actus, qui eodem tempore fiunt, non recipiunt prius, & poſterius d. l. 5. c. 8. nu. 4.

13 Actus agentis vltra intentionem eius non operatur ibi. l. 6. c. 2. nu. 2.

14 Actus de ſe non ſufficiens ad effectum, nec eſt ſufficiens ad incurrendam cenſuram excommunicationis in 3. p. l. 1. c. 4. nu. 24.

15 Actus dupliciter eſt malus, vel quia in ſe malus eſt, vel quia imperatur a malo. 2. 2. l. 1. c. 3. nu. 4.

Digitized by Google

16 Actus venereus licet in ſe malus ſit, tamen venditionem ſui in ſe malam non conſtituit. d. c. 3. nu. 4.

17 Actus, in quo prætermiſſa eſt forma tradita, valet in foro conſcientiæ, dummodo dolus non interueniat. 3. p. l. 1. c. 10. nu. 11.

18 Actus voluntarij diſtingũtur ſpecie ſecundum obiecta, ſeu ſecundum finem, hoc eſt ſecundũ illud quod eſt primò, & per ſe intentum in actione aliqua facienda, non autem ſecundum illud quod eſt per accidens. ibi. l. 3. c. 3. nu. 2. & l. 4. c. 5. nu. 7. nec non à circunſtantijs, vt in d. n. 7. recipiuntq; bonitatem et malitiam ex obiecto d. c. 5. nu. 2.

Ad-

Adminiſtratio Sacramentorum.

1 Adminiſtratio Sacramentorum interdicti tēpore etſi vniuerſaliter prohibita ſit etiā ſecrete, & in illis diebus, quibus publica diuinorum officiorum celebratio permittitur, vt in 3. p. l. 6. c. 2. nu. 21. Multorum tamen ſacramentorum adminiſtratio eodem tempore licita eſt.

Et Primò licita eſt adminiſtratio baptiſmi non ſolū quò ad paruulos, ſed etiam quò ad adultos, & cū omnibus ceremonijs & ſolemnitatibus conſuetis, ac etiā publicè; excepta benedictione aquæ, quæ ſi nō eſ-

ſet benedicta, benedicenda eſſet ianuis clauſis, & ſummiſſa voce, ac excluſis excludendis vt in nu. 22.

Secundò licita eſt adminiſtratio confirmationis ſolemniter, & publicè, dummodo chriſma cõficeretur pro vt dictum eſt de aqua benedicta, vt in nu. 23.

Tertiò ſacramentum pænitẽtiæ infirmis morientibus, & in articulo mortis etiam excommunicatis pro eadẽ cauſa in nu. 24. & 25.

Quarto Euchariſtia conſtitutis in probabili mortis periculo, vt in nu. 26. miniſtrandaq; eſt cum ſolita ſolemnitate, vt in nu. 27.

Et miniſtrari Euchariſtia quotidie poteſt clericis, quibus permiſſum eſt intereſ-

ſe

ſe diuinis, vt in nu. 29.
Et in Feſtiuitatibus Natiuitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis B. Virginis, miniſtrari Euchariſtia poteſt omnibus illis, quibus in his diebus permiſſa eſt participatio diuinorum, vt in nu. 30.
Sextò Adminiſtratio Sacramenti matrimonij; in qua tamē tutius eſt à ſolemnitate abſtinere vt in nu. 31.
Septimò permiſſa eſt etiā adminiſtratio ordinis in caſu neceſſitatis, nempe quia defeciſsēt omnes ſacerdotes, qui ſacramenta miniſtrare poſſint, nec extranei ſacerdotes vocari poſſint, vt in nu. 32. & 33.
2 Adminiſtratio vnctionis extremæ interdicti tempore

vniuerſaliter eſt omnibus interdicta d. c. 2. nu. 35.
3 Adminiſtrationem ſacramẽtorũ prædictorum etſi Doctores cõmuniter doceant eſſe etiam licitam in Eccleſia ſpecialiter interdicta, veritas tamen eſt de iure hoc non licere, quando in alijs Eccleſijs loci ſacramentorum prædictorum adminiſtratio commodè fieri poteſt in d. c. 2. nu. 49. & 50. Excepta tamen celebratione miſſæ neceſſaria ad renouandum ſacramentum pro infirmis, vt in nu. 51.
4 Adminiſtratio ſacramentorum quæ fieri poteſt tempore interdicti fieri etiam poteſt tempore ceſſationis à diuinis d. 3. p. lib. 6. c. 1. num. 4.

5 Ad-

5 Adminiſtratio ſacramentorum, quæ tantummodo requirunt poteſtatem ordinis validè, etſi nõ licitè fieri poteſt à ſacerdotibus interdictis, ac alijs cenſuris ligatis; nam cenſuræ ordinis poteſtatem nõ tollunt. Et ſacerdos interdictus etiã ſacramentũ pænitentiæ miniſtrare poteſt, quia interdictum iuriſdictionem nõ aufert. d. l. 6. c. 2. num. 68. Illud tamen ſacerdos excõmunicatus miniſtrare non poteſt, excepto mortis articulo, quia excommunicatio iuriſdictionem aufert, vt in d. 3. p. l. 2. c. 2. n. 26. Et idẽ eſt de ſuſpenſo à iuriſdictione, ſine qua abſolutio ſacramentalis validè dari non poteſt, in 1. p. l. 5.

 c. 19.

c. 19. nu. 9. & in 3. p. lib. 5. c. 1. nu. 10.

6 Adminiſtratio ſacramentorum fieri non poteſt eis, qui ſpecialiter ſunt interdicti, niſi præuia abſolutione interdicti, alioquin ipſi miniſtri mortaliter peccant, & pænam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ incurrunt: & ipſi recipientes, ſi mala fide hoc facerẽt, mortaliter etiam peccarent, & ſacramentum pænitentiæ inualidè reciperent. in 3. p. lib. 6. c. 2. nu. 69.

Adoptio.

1 Adoptio imitatur naturam. 1. 2. lib. 2. c. 9. nu. 1. fitq. duobus modis ſcilicet per Arrogationem, in qua is

qui

qui ſui iuris eſt cū filijs iuri
bus, & rebus ſuis in arro-
gantis poteſtatem tranſit;
aut per ipſam adoptionē,
in qua is qui in alicuius po
teſtate eſt, alterius filius ex
fictione legis efficitur, ſed
non tranſit in eius poteſta-
tem, niſi adoptans ſit auus
maternus, vel proauus, aut
niſi auus vel proauus pater
nus adoptaret filium filij
emancipati, & geniti poſt
emancipationem ibi. nu. 2.
2 Adoptio, in quà nepos in
auorum, aut proauorum
poteſtatem tranſit, fieri po-
teſt abſq; expreſſo adoptati
conſenſu, & cum auctori-
tate cuiuslibet competen-
tis magiſtratus, apud quem
ſit plena legis actio: & nul-
lā requirit ſatiſdationē ibi.

3 Adoptãs adoptãdum, octodecim annis præcedere debet: & nemo niſi extraneũ heredem ſibi in filium adoptare poteſt; ideſt niſi eum, qui extraneus eſt, & non ſuus, & neceſſarius hæres, quamuis ex conſanguinitate eius ſit. ibi.

4 Adoptari à Deo homo poteſt: nam etſi ipſe homo in ſua natura conſideratus, à Deo extraneus non ſit; eſt tamen extraneus quantum ad bona gratiæ & gloriæ, & quatenus quò ad ea ſuus, & neceſſarius hæres nõ eſt ibi. in nu. 4.

5 Adoptio obligat adoptantes & adoptatos ad alimenta d. c. 9. n. 5. & c. 25. n. 1. ſed non ideo tenentur artem exercere, & laborare, niſi

niſi abſq; rubore, & verecundia facere hæc poſſint d. c. 25. nu. 2.

Adulterium, & Adulteri.

1 Adlterium eſt alterius tori violatio. 1. p. lib. 5 c. 11. num. 9. & in pri. 2. lib. 2. c. 32. nu. 99.

2 Adulterium ſponſa de futuro non committit, ſed ſimplicem fornicationem d. c. 11. num. 9. & d. c. 32. num. 100.

3 Adulterij accuſatio quinquennio præſcribitur d. c. 32. num. 32.

4 Adulterium ſi committat maritus lucratur vxor antipherna, ſeu donationem propter nuptias d. c. 32. nu. 67. & e conuerſo ma-

ritus propter adulterium vxoris lucratur dotem. in nu. 68. Niſi forte vxor de conſenſu mariti adulteriũ cõmittat in nu. 69. Vel niſi & ipſe maritus adulter ſit in nu. 70. Vel niſi maritus per reconciliationem cum vxore, mores illius approbaret: & facere hoc cenſetur eo ipſo quòd ſciẽs vxorem adulteraſſe, illam carnaliter cognoſcit in nu. 72. Vel niſi violenter, aut per metum cadentem in conſtantem feminam cognita eſſet in nu. 73. & 74.

5 Adulterij cauſa nec lucratur maritus dotem quando pactus eſt de reſtitutione dotis in caſu ſeparationis matrimonij, liberis non relictis in nu. 75. Nec etiam illam

illā lucratur q̃do poſt adul
terium defuncta eſt vxor,
& maritus infra duos men-
ſes probationes adulterij
non præſtitit: niſi culpa
heredum adulteræ hoc
eueniat, in nu. 76. ſicut nec
etiam illam lucratur quan-
do ſciens adulterium quin-
quennio tacuit, in nu. 77.
6 Adulterij cauſa dotem ma-
ritus non lucratur quando
contra vxorem criminali-
ter proceſſit, ſed tunc ſo-
lummodo quando ad tori
ſeparationem, & lucrum
dotis ciuiliter egit in n. 80.
Neceſſariumq; eſt vt à iu-
dice eccleſiaſtico ſit vxor
cōdemnata, apud quē cau-
ſa tractanda eſt in num. 81.
Nec ante iudicis ſententiā
tenetur vxor dotem relin-
que-

quere in conſcientię foro in num. 84. Nec ante illam poteſt maritus dotem, aut partem illius retinere, aut propria auctoritate vſurpare, ſed iudicis ſententiā expectare tenetur in n. 78. niſi notoriū ſit adulteriū, vt in nu. 85.

7 Adulterij actio non tranſit ad heredes mariti, niſi ante mortem illius conteſtata ſit lis, vt in nu. 83. cum ſequentib.

8 Adulterij contumelia adeo tangit perſonam mariti, vt ſi maritus eſſet filius familias non poſſit pater iniuriam remittere in nu. 89.

9 Adultera cū pīculo vitę nō tenetur impedire, aut reſtituere damna ex adulterio pueniētia 2. 2. l. 1. c. 2. n. 20.

ſed

ſed etiam cum periculo vitæ tenetur detegere filiũ adulterinum ad reparandum Reipublicæ damnum, quod aliter reparari non poteſt. ibi. in nu. 21. ſi tamen eſſet certa de remedio Reipublicę, ſecus ſi rationabiliter eſſet dubia. d. c. 2. nu. 22.

10 Adultera cũ periculo propriæ famæ non tenetur impedire, aut reſtituere damna ex adulterio prouenientia. ibi. à num. 23. vſq; ad num. 27. ſi tamen honeſta reputatur, ſecus ſi infamia laborat. in nu. 27.

11 Adultera, quæ reſtituere, aut impedire nõ poteſt malũ prouenies ex ſuo adulterio ſine periculo amiſſionis rei altioris ordinis, quan-

quantum in ſe eſt faciat vt æquiualens reddat vna cú adultero, ſi ille pro rata reſtituere vult, vel illo deficiente ipſa ſola quantum facere poteſt, ſalua exſtimatione, & ſaluo ſtatu, iniuſtè non acquiſito. ibid. in nu 28. & 29.

12 Adulteri reſtituere obligantur quæcunq; dãna ex adulterio prouenientia. in d. c. 2. num. 4. ceſſantibus tamen ſupradictis periculis, & quando iuſtam non habent cauſam dubitandi an ꝓles ſit adulterina, quã do ratione prolis reſtituere obligarentur: in caſu namq; dubio reſtituere nõ debent, niſi inclinarent in partem affirmatiuam, quia tunc ad rationem dubij reſtitue-

ſtituere tenerentur ſcil. tã-
to magis, vel minus, quan-
to magis, vel minus certi
eſſent. ibi. in nu. 8. 9. & 10.
13 Adulteri ex probabilibus
coniecturis certitudinem
prolis habentes damna re-
ſtituere obligantur. ibi. in
num. 22. Faciendaq; eſt ad
arbitrium boni viri reſti-
tutio hęc, quando fit ante
mortem patris putatiui, cõ
ſideratis conſiderandis, vt
ibid. in num. 18. ſed ſi fiat
poſt mortem, facienda eſt
integre, vt in nu. 15. Et in
vtroq; caſu facienda eſt tã-
to minor, quando ex filio
putatiuo vtilitatem aliquã
pater putatiuus percipit,
vel percepit, vt in nu. 16.
Et facta reſtitutione viuẽti
ſecũdũ prædictũ arbitriũ, ſi
po-

poſtea appareat damnum fuiſſe maius; non eſt ſupplendum . in nu. 19.

14 Adulteri æqualiter tenentur reſtituere expēſas, quas facit pater putatiuus ī educanda prole adulterina; & vno reſtituente alter tenetur illi ſatisfacere, ſi ſine animo donandi ille reſtitutionem fecit, ibi. in num. 5. vel niſi adulterium non æquè ſponte commiſſum fuit ſed per inductionē alterius; nam tunc ſi inducens reſtituat, non tenetur inducta aliquid illi reſtituere ibi. in nu. 6.

15 Adulterium quādo eſt occultum pro ſolo reatu illius reſtitutio aliqua faciēda non eſt; ſed ſatisfaciendum eſt marito per ſigna ho-

honoris, & reuerentiæ in d. c. 2. nu. 1. ſi tamen aliquibus eſt notum pro reatu illius reſtitutio debetur in nu. 3.

16 Adulterium committens poſt contractum, & conſumatum matrimoniũ nõ eſt interpretatiue bigamus, nec irregularis 3. p. lib. 7. c. 1. nu. 75. Nec efficitur irregularis ſi adulterium fuit in cauſa, vt adultera occidatur d. l. 7. c. 2. nu. 81.

7 Adulteriũ eſt crimen depoſitione dignum d. lib. 7. c. 1. nu, 119.

Aduocatus.

Aduocatus, habens ius in principali, cauillationes, & malitias aduerſarij p alias repelle-

repellere poteſt, dummodo falſas allegationes non apponat; aut non faciat alia de ſe mala, quæ ſine peccato fieri non poſſunt in 1. p. l. 5. c. 14. nu. 13.

2 Aduocatus contrahere prohibetur cum eo quem in propriam recepit fidem. 2. 2. lib. 2. c. 5. nu. 124.

3 Aduocatus et procurator de iuſto ſalario conuenire poſſunt etiam durãte lite, non autem vt aliquid percipiant vltra iuſtam mercedem, nec de quota litis, niſi illa ſit iuſtum pretium ſui laboris, d. c. 5. n. 125.

Aequalitas.

1 Æqualitas cõſiſtit inter exceſſum, & defectum 2. 2. l. 2. c. 6. nu. 94.

2 Æqua-

terdicti tempore ſepelien-
da ſunt in loco honeſto, &
ceſſante interdictò ad ec-
cleſiaſticam ſepulturā ſunt
transferenda. ibi. l. 6. c. 2.
num. 41.

3 Cadauera Chriſtianorum
de facto ſepulta in eccleſia-
ſtica ſepultura interdicti
tempore, ceſſante interdi-
cto exhumanda non ſunt,
niſi ſint cadauera eorū, qui
nominatim erant interdi-
cti. ibi. in nu. 42.

Cadauera omnium Chriſti
fidelium ſepulturæ eccle-
ſiaſticæ donari poſſunt in-
terdicti tempore in illis fe-
ſtiuitatibus, in quibus di-
uina officia alta voce cele-
brare eſt permiſſum, ſi ex-
cōmunicati vel interdicti
non fuerint. d. c. 2. nu. 45.

Cæremoniæ.

1 Cęremonię & p̃ces, de iure, ac conſuetudine, & ex ritualis Romani ordinatione præſcriptæ in danda abſolutione ab excommunicatione in foro exteriori ſequādæ ſunt etiam quando in cōceſſione abſolutionis nō apponuntur verba. *In forma Eccleſiæ conſueta*. 3. p. l. 1, c. 10. nu. 13.

Cambium.

1 Cambium eſt cōtractus per ſe licitus, & ab eccleſia approbatus. 2. 2. l. 2. c. 16. nu. 3. Eſtq; triplex manuale, reale, & ſiccum. ibid. in nu. 2. Cambiū manuale (ſeu.

(ſeu adminutum ſecundũ aliquos) eſt illud, in quo pecunia vnius valoris præsẽs cũ alia prẽsẽte alterius valoris pmutatur. ib. in nu 4. Cambium reale (ſeu vt aiunt per litteras) eſt illud, in quo pecunia prẽſens cũ abſenti mediantibus litteris verè permutatur. ibid. in nu. 7. Cambium ſiccum eſt illud, in quo ſimulatur permutatio pecuniæ præſentis cum abſente in nundinis facienda, quæ verè non fit. d. c. 16. nu. 46.

Cãbiorũ iuſtitia duo requirit ſcil. vt illa vera ſint, & in illis ſeruetur æqualitas. d. c. 16. num. 25. Vt autem cambia realia vera ſint quatuor requiruntur. Primum, vt pecunia prẽſens cum ef-

fectu perſoluatur. Secundum, vt ille qui promittit ſoluere pecuniam abſentē illam ſaltē virtualiter, id eſt ſub credito habeat in loco ſolutionis. Tertium, vt qui dat pecuniā præſentē ſciat, aut probabiliter credat eū, cui dat pecuniā poſſe ſoluere in loco vbi promittit. Quartum vt litteræ ad deſtinatum locum mittantur, & ibi vel fiat ſolutio, vel litteræ reijciantur. d. c. 16. nu. 26. ac etiam in num 8. Vt autem ſeruetur æqualitas tantūdem quantum accipitur eſt ſoluendum, & ſi aliquid lucrum ſuperaddatur in cambio manuali hoc fiat reſpectu laboris in cōgregandis, & numerandis pecunijs, vt in d. c. 16. n. 5.

Re-

Reſpectũ tranſlationis pecuniarũ in cambio per litteras, vt in d. c. 16. nu. 10. & 11. ac etiam diuerſi valoris monetarum, & lucri ceſſantis, & vt in num. 16. Et ſi cambium per litteras ſit ad nundinas lucrum proueniat reſpectu diuerſi valoris monetarum, aut reſpectu tranſlationis ipſarũ. vt ibi. in nu. 28.

3 Cambium reale per litteras duobus modis celebratur. Primò ſoluendo tu hic pecuniam, vt alibi illam recipias. Secundo recipiendo tu pecuniam hic, vt illam alibi ſoluas, vt in d. c. 16. num. 9. & vtroq; modo eſt licitum, dummodo lucrũ percipiatur ratione virtualis tranſlationis monetarũ,

& ad rationem laboris, & periculi, quæ interuenire poſſent, ſi verè pecunia eſſet transferenda. vt ibi nu. 10. & 11. & dummodo cãbium celebretur in gratiã illius, qui lucrum ſoluit, vt in nu. 13. vel ſaltem illo præueniente, vt in nu. 14. Conſiderari etiam in lucro percipiendo poſſunt lucra ceſſantia, & damna emergentia, vt in nu. 16. & 7.

4 Cambium per litteras, ſeu de loco ad locum non ſolũ licite exercere cum dicto lucro poſſunt campſores, ſed omnes alij cum prædictis circunſtantijs, & ceſſante omni fraude. d. c. 6. num. 12.

5 Cambium reale de loco, ad locum quod fit per litteras cele-

celebratur etiam cambiē-do præſentem pecuniā cū abſente, quæ futura eſt in nundinis; quæ ſunt congregationes quædam, ſeu quidam conuentus, quos ſingulis annis, & quater in anno campſores congregare ſolent pro ſoluendis, & conferendis eorum creditis, & debitis, vt in d. c. 16. nu. 18. 19. & 20.

6 Cambium celebrantes per nundinas nihil aliud faciūt quam permutare præſentē pecuniam, quam campſor tradit cum pecunia, quæ præſto non adeſt, ſed futura eſt in nundinis tempore illarum, vel realiter, vel effectualiter per creditum, quam alter ſoluere illā ibi promittit, & ad hoc tra-

Digitized by Google

dit cāpſori litteras in qbus habēti domū in nūdinis cō mittit vt pro ipſo illā ſummam ſoluat cum augmento cambij in eiſdem determinato. vt in d. c. 16. n. 22.

7 Cambium per nundinas & ſi ex multis illicitum eſſe appareat, vt in nu. 24. d. c. 16. non eſt tamen dubitandum eſſe licitum & nullam iniuſtitiam continere, cum ſit reale, & æqualitas in illo ſeruetur? & cambia realia a Canoniſtis, & à Theologis, ab eccleſiaq; ſint approbata. ibi. in nu. 26.

8 Cambium per nundinas, in quo litteræ cambientis, nō habentis pecuniam, nec amicum in nundinis, diriguntur procuratori cāpſoris, qui facit creditum & ſuo

ſuo tempore ſolutionem
ſibimetipſi tanquam pro-
curatori ipſius campſoris
vice & nomine cambientis
ideſt illius, qui accepit pe-
cuniam ad cambium, iuſtè,
& licitè fieri poteſt, ceſſan-
te omni fraude, & inten-
tione celebrandi mutuum,
& ſeruata æqualitate inter
datum, & acceptum. in
d. c. 16. à num. 33. vſq; ad
num. 43.

9 Cambiũ dictũ *con la ricorſa*,
in quo & ſi cambiens ha-
beat amicum in nundinis,
q ſolutionẽ faceret, cãpſor
tamen cambium facere nõ
vult, niſi cum obligatione
vt teneatur cambiens com-
mittere procuratori ipſius
campſoris, vt ſolutionem
ſibi ipſi faciat tamquã pro-

curatori campſoris, nō eſt licitum, niſi ratione huius obligationis pretio æſtimabilis tanto minor quantitas in nundinis ſoluatur, quanta ſit ſufficiens ad hāc obligationem æquandam. d. c. 16. nu. 44.

10 Cambium facientes ex bulla Pij V. hæc cauere debeāt Primum ne ratione dilationis vltrá terminū paciſcantur de aliquo lucro. Secundum vt ante terminum ſolutionis nō paciſcantur de certo, & determinato intereſſe in foro exteriori; ſed in foro conſcientię hoc licet quando eſt veriſimile. Tertium ne celebretur niſi ad proximas nūdinas. Quartum vt in ſolutione conſtituenda habeatur ratio longinqui-

Digitized by Google

ginquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, non autem longiores præfigantur. in d. c. 19. nu. 45.

11 Cambium ſiccum eſt cōtractus, in quo ſimulatur permutatio pecuniæ præſentis cum habenti in nūdinis facienda, ſed re vera non fit. Et dicitur ſiccum quia apparet cambium ſed nullam habet exiſtentiam: dannaturq; à Bulla Pij V. Iuſtificari tamen in foro conſciētiæ poteſt ratione lucri ceſſantis quò ad excuſationem à peccato & obligationē reſtitutionis, nō quò ad reliqua, cum prohibita ſint. in d. c. 16. nu. 46. 47. & 48.

Canonicus.

1 Canonicus, & quiuis alius ſeruiendo in diuinis ad finem lucrandi diſtributiones quotidianas, ſimoniam cõmittit, & huius finis circunſtantiã confeſſario manifeſtare tenetur. 1. p. l. 5. c. 15. nu. 3.

2 Canonici, alijq; choro addicti male cantantes in choro officium diuinum mortaliter peccant, & diſtributiones quotidianas tuta cõſcientia percipere non poſſunt. d. l. 5. c. 16. nu. 14.

3 Canonici, alijq; choro addicti, qui extra chorum diligenter officium recitant, & in choro exiſtentes faciunt quantum in ſe eſt, vt be-

bene recitent, immunes ſunt a peccato, & diſtributiones quotidianas lucrantur, quamuis communiter officium malè ſit recitatum. d. c. nu. 15.

4 Canonica cathedralis, non autem aliarum eccleſiarum ſunt de concilio epiſcopi. a. 2. l. 2. c. 5. nu. 190.

Capella.

1 Capellæ, & Oratoria publica appellatione eccleſiæ non continentur. 1. 2. l. 2. c. 14. nu. 28.

Capitis diminutio.

1 Capitis diminutio maxima, minor, ſiue media, & minima. Maxima eſt, cum ali-

aliquis ſimul ciuitatem, & libertatem amittit. Minor, ſiue media, cũ ciuitas amittitur, libertas retinetur. Minima, cum ciuitas, & libertas retinetur, ſed ſtatus hominis commutatur, 1. 2. l. 2. c. 3. nu. 21.

Capitulum.

1 Capitula, collegia, & alij recipientes Prælatos conſecratos, eiſq; obedientes abſq; litteris Apoſtolicę Sedis ſuſpenduntur à beneficijs quandiu ſummo Pontifici videbitur. 3. p. l. 5. c. 5. nu. 82.

Capitulum Sede Vacante.

1 Capitulum Sede Vacante eccle-

eccleſiæ cathedralis infra octo dies Vicarium eligere tenetur, & iuriſdictionem per illum exercere. 3. p. l. 1. c. 1. nu. 24 per quam electionem non abdicat capitulum à ſe iuriſdictionem, ſed tantum vſum illius. ib.
Capitulum ſede vacante non dicitur inferior, ſed par epiſcopo. 1. p. l. 1. c. 13. nu. 11. ſucceditq; in omnẽ iuriſdictionem, quæ iure communi ſpectat ad munus epiſcopale, quamuis ius illud ſpetiale, ſeu extraordinariũ ſit. ibi. in nu. 12.
Capitulum ſede vacante in duobus tantum caſibus cõcedere poteſt licẽtiam permutãdi beneficia eccleſiaſtica ſcilicet, quando collatio cõmuniter ſpectat ad epi-

epiſcopum, & capitulum ſimul; &, quando collatio beneficij quod permutatur non pertinet ad epiſcopum, ſed ad tertiã perſonam cum epiſcopi auctoritate. d. 3. p. l. 4. c. 5. n. 41.
4 Capitulum ſede vacante nõ ſuccedit in poteſtatem cõferendi beneficia, quorum collatio pertinet ad epiſcopum, ſed tunc collatio hęc Papæ reſeruatur. in d. n. 41.
5 Capitulum ſede vacante diſpenſat quò ad irregularitates quò ad quas diſpenſat epiſcopus. d. 3. p. lib. 7. c. 3. nu. 32.

Cardinalis.

1 Cardinalis reſpectu Papæ ſunt membra capitis, & liberi

beri primi gradus, alendiq; ab ipſo ſunt 1. 2. l. 2. c. 10. num. 10. Dicuntur conſiliarij Principis, & ſenatores reipublicæ, ac Regibus comparantur. d. l. 2. c. 6. nu. 4. eademq; dignitas à patria poteſtate liberat. ibid.

2 Cardinales in eccleſijs titulis ſuis ſubiectis epiſcopalia iura habent, & ab illis charitatiuum ſubſidiū exigere poſſunt. d. l, 2. c. 15. num. 13.

3 Cardinales ſuſpenſione, & interdicto non ligātur niſi exprimantur: excommunicatione verò ligantur, niſi excipiantur. 3. p. l. 1. c. 3. nu. 12. & 13.

5 Cardinalis nō irretitur cēſuris epiſcopi illius diœceſis

ſis vbi domicilium habet. d.c. 3. nu. 32.
5 Cardinalium collegiũ priuſquam includatur in cõclaui, nec poſt, concedere poteſt facultatem legendi, & imprimendi libros hæreticorum. 3. p. l. 3. c. 1. num. 54.
6 Cardinalium domus, vbicunq; illę ſint habent priuilegium immunitatis eccleſiæ etiam ſi per laicos habitentur. Extenditurq; hoc priuilegium ad perſonas Cardinalium, modo pileum ſuum rubeum in capite confugientis imponant. d. 3. p. l. 4. c. 2. nu. 37.
7 Cardinalium exiſtentium in conclaui domos inuadentes, recipientes, occupantes, & traſportantes res, & ho-

bona illorum, etiam ſi fuerint electi in Romanum Pontificem excõmunicantur cum reſeruatione, nec non ad id auxilium, conſiliũ, vel fauorem præſtãtes. d. 3. p. l. 4. 6. nu. 88.

8 Cardinales contra præceptum Papæ reuelantes ea, quæ in conciſtorio tractantur ſunt excommunicati. d. c. 6. nu. 89.

Caſus.

1 Caſus ſuperueniens, ſi ſucceſſurus erat à pæna culpæ precedentis excuſat. 2. 2. l. 2. c. 1. nu. 104.

2 Caſus, qui de ſui natura non expectant exteriorem executionem ipſo iure ſortiũtur effectũ. 3. p. l. : . c. 6. nu 4.

3 Caſus

3 Caſus ſuperueniens, ſi ſucceſſurus erat à pæna & culpa præcedenti excuſat. 2. 2. l. 2. c. 1. nu. 104.

Caſus fortuitus.

1 Caſus fortuitus eſt inopinatę rei euentus, qui humano conſilio præuideri, et cui humana infirmitas reſiſtere non poteſt. 2. 2. l. 2. c. 7. nu. 69.

2 Caſus fortuiti tot sũt, vt nullius hominis cõſilio pręuideri poſſint. d. l. 2. c. 2. n. 18. Illiq; tantum non ſunt imputandi, qui eueniunt dãti operam rei licitæ. ibi.

3 Caſus fortuitus ex culpa debitoris proueniens illum non obligat, niſi culpa ad caſum eũdem ordinata ſit. d. l.

Digitized by Google

d. l. 2. c. 7. nu. 72. Illiuſq; periculis ſubiacere tenetur emptor cenſus ante morã, vel culpam venditoris. d. c. 7. nu. 73.

4 Caſus fortuiti non obligãt pro ſoluendo cenſu ad faciendam deductionem aliquam, niſi illos compenſare nõ poſſet fertilitas anni præcedentis, aut ſequẽtis. Item nec quando ſuperſunt fructus ſufficientes ad ſoluendum cenſum. d. c. 7. nu. 74.

5 Caſus fortuitus nõ obligat quando culpa, quæ in illo interuenit ordinata nõ eſt ad caſũ. 2. p. l. 7. c. 2. n. 111.

Caſus reſeruatus.

1 Caſuũ reſeruatio nihil aliud

eſt quàm iuriſdictionis limitatio. 1. p. lib. 1. c. 11. num. 2,

2 Caſuum reſeruationem in eccleſia Dei fieri poſſe eſt de fide credendum, et ex conſuetudine cuſtoditum. 1. p. l. 1. c. 11. nu. 1.

3 Caſus reſeruandi poteſtaté habent illi omnes, qui ordinariam in cõſcientiæ foro iuriſdictionem habent, ſi tales ſint, quibus aliqui ſacerdotes ſubordinentur, vel ſi aliquibus ſuam iuriſdictionem delegarent. d. c. 11. nu. 2.

4 Caſus ideo in eccleſia Dei reſeruantur, quia ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, ad Chriſtiani populi diſciplinam id pertinere. in d. nu. 2.

5 Ca-

5 Caſus ab eis, qui auctoritatem habent non ſolum ſibi, ſed etiam alijs reſeruari poſſunt. d. c. 11. nu. 2.

6 Caſus quoſcunq; etiã inter nos, reſeruare ſibi Papæ poteſt & etiã nõ addita cẽſura: etſi iure ordinario nõ reſeruet ſibi caſus, niſi addita cenſura. d. c. 11. nu. 4.

7 Caſus omnium peccatorũ mortalium validè ſibi ſummus Pontifex reſeruare poteſt: peccaret tamen mortaliter, ſi eos omnes ſibi reſeruaret. ibi. in nu. 5.

8 Caſus peccatorum venialiũ ſummus Pontifex reſeruare ſibi poteſt: ſed non eſt hoc in vſu, d. c. 11. nu. 6. ſi tamen ſibi illos reſeruaret non ideo teneretur pœnitẽs ad illorum confeſſio-

Digitized by Google

nem;ſed ſi vellet ſacramẽtalem abſolutionem recipere ab ipſo ſolo ſummo Pontifice illam obtinere poſſet. ibi. nu. 7.

9 Caſus reſeruatos sũmo Põtifici epiſcopi ſibi reſeruare nõ poſſunt. ibi. in nu. 8.

10 Caſus reſeruati sũmo Põtifici per modum conſtitutionis perpeptuæ durant etiam ipſo Papa defuncto. d. c. 11. num. 12. ſed tales non ſunt reſeruati in Bulla cænę Domini. ibi.

11 Caſus atrociorum, & grauiorum tantummodo peccatorum epiſcopi ſibi reſeruare debent. d. cap. 11. num. 8.

12 Caſus omnium peccatorũ mortalium etiam internorum de rigore epiſcopi reſer-

ſeruare ſibi poſſunt quò ad eos, quibus iuriſdictioné delegant. d. c. 11, num. 9. Secus quò ad eos, qui ordinariam iuriſdictionem habent, etiam ſi gradatim vnum poſt aliud peccatum ſibi reſeruarent. ibid. in num. 10.

13 Caſus peccatorum venialium ſibi epiſcopi reſeruare non poſſunt: nec etiam abſolutionem illorũ mortalium, quorum alias legitimè data fuit abſolutio, ibi. in nu. 11. Nec in iure caſus epiſcopis reſeruati inueniuntur. ibi.

14 Caſus epiſcopis reſeruati, ipſis defunctis deſinũt eſſe reſeruati: nec adeſt cõſuetudo ſibi illos reſeruãdi per modum conſtitutio-

 nis.

nis. d. c. 11. numero 13.

15 Caſus quoſcunq; ſuperiores regularium ſibi reſeruare non poſſunt: ſed ſeruare debent decretũ Clem. Papæ VIII. lib. 1. c. 12. nu. 1.

16 Caſus enumerati in d. decreto Clementis Papę 8. pro regularibus, non cenſentur ſuperioribus reſeruati, niſi eis ſibi ipſi reſeruarint. d. c. 12. nu. 2.

17 Caſus reſeruari ſola mente non poſſunt, ſed neceſſariò requiritur vt ſuperiores mentem ſuam confeſſarijs, vel pænitentibus notam faciant. d. c. 12. nu. 3.

18 Caſus ſuperioribus regularium reſeruati, mortuo ſuperiore, vel illo finiente officio, deficiunt. d. c. 12. num. 4.

19 Ca-

19 Caſus præter numeratos in d. decreto Clementis viij. reſeruari poſſunt ſuperioribus regularium etiam in beneficium vnius monaſterij, dummodo reſeruatio fiat in capitulo generali, vel prouinciali. d. c 12. num. 6.

20 Caſus præter numeratos in d. decreto reſeruare nõ poteſt capiculum conuentuale alicuius monaſterij in religionibus, in quibus capitulum prouinciale fieri non ſolet ibi. in nu. 7.

21 Caſus reſeruatio à ſuperioribus regularium contra dictum decretum Clementis facta non valet. ib. in nu. 9. etiam ſi hoc faciãt ſuperiores cũ conſenſu ſubditorum. in num. 10. Abſo-

ſolutionem caſuum reſeruatorum vidi in ver. Abſolutio à reſeruatis.

Cathedraticum.

1 Cathedraticum eſt exactio, quam epiſcopus in honorem cathedræ ſuæ ab eccleſijs ſuæ diæceſis petere poteſt. 1. 2. lib. 2. cap. 15. num. 25.

2 Cathedraticum exigitur à ſolis eccleſijs, quæ epiſcopo ſubduntur. d. cap. 15. num. 26.

3 Cathedratici quantitas in duobus ſolidis conſiſtit. d. c. 15. nu. 27.

4 Cathedraticũ in totũ minimè pro parte autem præſcribi poteſt. d. cap. 15. num. 28.

Cun-

Cauſa.

1 Cauſa efficax alicuius damni eſt ille, qui in actionē dānoſam influit aliquid efficiendo quod per ſe ad actionem illā pertinet, necnon & ille qui ita mouet ad actionem illam faciendam, vt ſine tali motione alius actionem dannoſam non faceret. 2. 2. l. 2. c. 2. num. 3.

2 Cauſa proxima alicuius dāni eſt culpa illa, quæ ex natura ſua, vel ex intentione operantis eſt ordinata ad damnum illud. 1. 2. lib. 3. c. 1. nu. 23.

3 Cauſa proxima occiſionis, vel mutilationis ob quam cōtrahitur irregularitas ex

defectu perfectæ lenitatis eſt illa, quæ per ſe eſt volita, vel ſi per ſe non ſit volita, ſit tamē per ſe ad mortem directa. 3. p. l. 7. c. 1. num. 51.

4 Cauſa iuſta concedendi monitoria ad finem reuelationis tunc adeſſe dicitur quādo quis iniuriam in rebus non vulgaribus patitur, & eius iuſtitia ita occulta eſt, vt alia via probari nō poſſit. d. 3. p. l. 1. c. 4. nu. 35.

5 Cauſa rationabilis abſoluēdi à cenſura contumacem perſeuerantem in contumacia vnica aſſignari poteſt, & hæc eſt quando ex cenſura probabiliter nullus ſperatur fructus, ſed potius detrimentum. d. lib. 1. c. 9. num. 14.

6 Cau-

6 Cauſæ explicatio quò ad Deum, & validitatem abſolutionis, & conſcientiā abſoluentis non eſt neceſſaria in danda abſolutione à cenſuris. Sed tantum quò ad forum exterius, quando quis ex pluribus cauſis eſt cenſuris ligatus. d. lib. 1. c. 10. nu. 7.

7 Cauſa ſpiritualis dicitur illa, in qua agitur de beneficijs, de decimis de ordinibus, de matrimonio, alijſq; ſacramentis, de primitijs, & oblationibus, de cenſuris, & electionibus eccleſiaſticis, & huiuſmodi. Et dicitur cauſa ſpiritualis ſiue agatur de poſſeſſione, ſiue de proprietate rei ſpiritualis. 3. p. l. 3. c. 10. nu. 13. & 14.

8 Cauſa ſpiritualibus annexa dicitur illa, quæ ex diuerſitate factorum ſeparationem non recipit; vel quãdo ratio vnius ab altera diſcerni benè non poteſt. d. c. 10. nu. 15.

9 Cauſa pertinens ad confraternitatem laicorum tanquam adminiſtratricem rei eccleſiaſticæ, ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectat. d. c. 10. num. 47.

10 Cauſa legis ceſſante, & ipſa legis diſpoſitio ceſſare debet. d. 3. p. lib. 4. c. 6. num. 51.

Celebrans.

1 Celebrans diuina coram interdictis in loco non interdicto mortaliter peccat.

3. P.

3. p. lib. 6. cap. 3. num. 6.

2 Celebrans ſcienter in eccleſia polluta quamuis peccet, irregularis tamen non efficitur. Imò non peccat, ſi delictum occultum ſit. d. c. 3, nu. 13.

3 Celebrans ligatus excommunicatione maiori, ſuſpenſione, vel interdicto, aut in loco interdicto, efficitur irregularis, niſi excuſetur à probabili cenſuræ ignorantia. 3. p. l. 7. c. 2. num 65. 70. & 71. Vel niſi excuſetur ab appellatione interpoſita in caſu quo ſententia lata eſſet in diem, vel ſub conditione; ſecus ſi pure, vt in num. 66. Vel niſi celebrans excommunicatus ſit iuſtè, & inualidè, vt in nu. 67.

4 Celebranti auctoritatem præſtans non efficitur irregularis. d. c. 2. num. 72. Nec celebrans tempore ceſſationis à diuinis. ibid. in num. 73.

5 Celebrantes in mortali, abſq; præuia confeſſione, ſi copiam confeſſarij habent, vnum tantum peccatum mortale committunt. 1. p. l. 5. c. 5. nu. 12.

6 Celebrans ſimoniacus conuentionalis nō efficitur irregularis niſi celebret ſimonia completa ex vtraq; parte. 3. p. lib. 7. cap. 2. num. 69.

Cenſura.

1 Cenſura eſt pæna eccleſiaſtica medicinalis, quæ priuat

uat vſu aliquorum ſpiritua lium, & temporalium bonorum; vel illum impedit. 3. p. l. 1. c. 1. nu. 1. Eiuſq; propriũ eſt corrigere mores, & mederi langoribus fidelium: & ſic differt ab irregularitate aliiſq; pænis eccleſiaſticis, quæ ad punitionem imponuntur. ibid. in nu. 2.

2 Cenſura eccleſiaſtica ab eccleſiaſtica ſeueritate non differt, quando ſeueritas hæc ad correctionem dirigitur ibi. in nu. 3. Sed differt ab animaduerſione, cũ hæc conſiſtat in degradatione, & traditione curiæ ſeculari, vt nu. 4.

3 Cenſura à cenſendo ſeu iudicando, aut corrigendo dicta eſt. d. §. 1. in initio §

eiuſq;

eiuſq; poteſtas à diuino, eiuſq; vſus ab humano iure proximè pcedit. Ad eiuſq; obſeruantiam tantum remotè à diuino iure obligamur. d. c. 1. nu. 7. & 8.

4 Cenſurarũ ſpecies tres ſunt, videlicet excõmunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. d. c. 1. nu. 9. Omnesq; diſtinguntur in generales, & ſpeciales. Generales aliæ latæ à iure, aliæ ab homine, & ſolos ſubditos ligant. Nec latæ ab epiſcopo extẽduntur quò ad ſubditos exiſtentes extra diæceſim. ibi. in nu. 10.

5 Cenſura dicitur lata à iure quando id quod ſub cenſura præcipitur veluti forma & regula perpetuò ſeruanda eſt, ſi illam ferens le-

legem condere poteſt. Dicitur lata ab homine, ſi ita lata ſit, vt ſolum pertineat ad efficaciorem, & commodiorem alicuius muneris obſeruationem. d. c. 1. nu. 12. & lata ab homine finitur morte cẽſurãtis quò ad eos, qui illam prius non contraxerant. ibi. in nu. 11.

6 Cenſuras ferre poſſunt illi omnes qui habent iuridictionem fori contentioſi ordinariam, vel delegatã. d. l. 1. c. 2. nu. 1.

7 Cenſurarum ferendarum auctoritas ab omnibus pręlaturis eccleſiaſticis ſeparari non poteſt, ſed à quibuſdam tantummodo. d. c. 2. nu. 4.

8 Cenſuras ferendi auctoritas eſt pęnes Papam, & illo

mior-

ſolutionem caſuum reſeruatorum vidi in ver. Abſolutio à reſeruatis.

Cathedraticum.

1 Cathedraticum eſt exactio, quam epiſcopus in honorem cathedræ ſuæ ab eccleſijs ſuæ diæceſis petere poteſt. 1. 2. lib. 2. cap. 15. num. 25.

2 Cathedraticum exigitur à ſolis eccleſijs, quæ epiſcopo ſubduntur. d. cap. 15. num. 26.

3 Cathedratici quantitas in duobus ſolidis conſiſtit. d. c. 15. nu. 27.

4 Cathedraticũ in totũ minimè pro parte autem præſcribi poteſt. d. cap. 15. num. 28.

Cru-

Cauſa.

1. Cauſa efficax alicuius damni eſt ille, qui in actionẽ dãnoſam influit aliquid efficiendo quod per ſe ad actionem illã pertinet, necnon & ille qui ita mouet ad actionem illam faciendam, vt ſine tali motione alius actionem dannoſam non faceret. 2. 2. l. 2. c. 2. num. 3.

Cauſa proxima alicuius dãni eſt culpa illa, quæ ex natura ſua, vel ex intentione operantis eſt ordinata ad damnum illud. 1. 2. lib. 3. c. 1. nu. 23.

Cauſa proxima occiſionis, vel mutilationis ob quam cõtrahitur irregularitas ex de-

defectu perfectæ lenitatis eſt illa, quæ per ſe eſt volita, vel ſi per ſe non ſit volita, ſit tamē per ſe ad mortem directa. 3. p. l. 7. c. 1. num. 51.

4 Cauſa iuſta concedendi monitoria ad finem reuelationis tunc adeſſe dicitur quādo quis iniuriam in rebus non vulgaribus patitur, & eius iuſtitia ita occulta eſt, vt alia via probari nō poſſit. d. 3. p. l. 1. c. 4. nu. 35.

5 Cauſa rationabilis abſoluēdi à cenſura contumacem perſeuerantem in contumacia vnica aſſignari poteſt, & hæc eſt quando ex cenſura probabiliter nullus ſperatur fructus, ſed potius detrimentum. d. lib. 1. c. 9. num. 14.

6 Cau-

6 Cauſæ explicatio quò ad Deum, & validitatem abſolutionis, & conſcientiã abſoluentis non eſt neceſſaria in danda abſolutione à cenſuris. Sed tantum quò ad forum exterius, quando quis ex pluribus cauſis eſt cenſuris ligatus. d. lib. 1. c. 10. nu. 7.

7 Cauſa ſpiritualis dicitur illa, in qua agitur de beneficijs, de decimis de ordinibus, de matrimonio, alijſq; ſacramentis, de primitijs, & oblationibus, de cenſuris, & electionibus eccleſiaſticis, & huiuſmodi. Et dicitur cauſa ſpiritualis ſiue agatur de poſſeſſione, ſiue de proprietate rei ſpiritualis. 3. p. l. 3. c. 10. nu. 13. & 14.

8 Cauſa ſpiritualibus annexa dicitur illa, quæ ex diuerſitate factorum ſeparationem non recipit; vel quãdo ratio vnius ab altera diſcerni bonè non poteſt. d. c. 10. nu. 15.

9 Cauſa pertinens ad confraternitatem laicorum tanquam adminiſtratricem rei eccleſiaſticæ, ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectat. d. c. 10. num. 47.

10 Cauſa legis ceſſante, & ipſa legis diſpoſitio ceſſare debet. d. 3. p. lib. 4. c. 6. num. 51.

Celebrans.

1 Celebrans diuina coram interdictis in loco non interdicto mortaliter peccat.

3. P.

3. p. lib. 6. cap. 3. num. 6.

2 Celebrans ſcienter in eccleſia polluta quamuis peccet, irregularis tamen non efficitur. Imò non peccat, ſi delictum occultum ſit. d. c. 3. nu. 13.

3 Celebrans ligatus excommunicatione maiori, ſuſpenſione, vel interdicto, aut in loco interdicto, efficitur irregularis, niſi excuſetur à probabili cenſuræ ignorantia. 3. p. l. 7. c. 2. num. 65. 70. & 71. Vel niſi excuſetur ab appellatione interpoſita in caſu quo ſententia lata eſſet in diem, vel ſub conditione; ſecus ſi pure, vt in num. 66. Vel niſi celebrans excommunicatus ſit iuſtè, & inualidè, vt in nu. 67.

Digitized by Google

uat vſu aliquorum ſpiritua-
lium, & temporalium bo-
norum; vel illum impedit.
3. p. l. 1. c. 1. nu. 1. Eiuſq;
propriũ eſt corrigere mo-
res, & mederi langoribus
fidelium: & ſic differt ab
irregularitate alijſq; pænis
eccleſiaſticis, quæ ad puni-
tionem imponuntur. ibid.
in nu. 2.

2 Cenſura eccleſiaſtica ab ec-
cleſiaſtica ſeueritate non
differt, quando ſeueritas
hæc ad correctionem diri-
gitur ibi. in nu. 3. Sed dif-
fert ab animaduerſione, cũ
hæc conſiſtat in degrada-
tione, & traditione curiæ
ſeculari, vt nu. 4.

3 Cenſura à cenſendo ſeu iu-
dicando, aut corrigendo
dicta eſt. d. §. 1. in initio;
eiuſq;

eiuſq; poteſtas à diuino, eiuſq; vſus ab humano iure proximè ꝓcedit. Ad eiuſq; obſeruantiam tantum remotè à diuino iure obligamur. d. c. 1. nu. 7. & 8.

4 Cenſurarũ ſpecies tres ſunt, videlicet excõmunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. d. c. 1. nu. 9. Omnesq; diſtinguntur in generales, & ſpeciales. Generales aliæ latæ à iure, aliæ ab homine, & ſolos ſubditos ligant. Nec latæ ab epiſcopo extẽduntur quò ad ſubditos exiſtentes extra diæceſim. ibi. in nu. 10.

5 Cenſura dicitur lata à iure quando id quod ſub cenſura præcipitur veluti forma & regula perpetuò ſeruanda eſt, ſi illam ferens le-

legem condere poteſt. Dicitur lata ab homine, ſi ita lata ſit, vt ſolum pertineat ad efficaciorem, & commodiorem alicuius muneris obſeruationem. d. c. 1. nu. 12. & lata ab homine finitur morte cẽſurãtis quò ad eos, qui illam prius non contraxerant. ibi. in nu. 11.

5 Cenſuras ferre poſſunt illi omnes qui habent iuridictionem fori contentioſi ordinariam, vel delegatã. d. l. 1. c. 2. nu. 1.

Cenſurarum ferendarum auctoritas ab omnibus prelaturis eccleſiaſticis ſeparari non poteſt, ſed à quibuſdam tantummodo. d. c. 2. nu. 4.

Cenſuras ferendi auctoritas eſt pęnes Papam, & illo-

nior-

mortuo apud collegiũ cardinalium in quibuſdam caſibus. d. c. 2. num. 6. & 7. Illamq; habet conciliũ generale in nu. 8. Legatus à Latere in num. 9. & etiam non à latere. in num. 10. Epiſcopi & habentes iuriſdictionem epiſcopalem intra fines diæceſarum ſuarũ & iuriſdictionum. in nu. 11. & 14. & 26. Concilium prouiuciale & diœceſanum. in d. nu. 14. Et capitulum eccleſiæ cathedralis ac aliarum eccleſiarum habentiũ iuriſdictionem, ſede vacante. ibi. in nu. 24. & 25. Vicarius Papę intra Vrbem in num. 20. & Vicarius epiſcopi intra diæceſim. in num. 21.

9 Cenſuras ferunt Epiſcopi

per

per ſententias, & ſtatuta intra fines diœceſis, etiam poſt mortem duraturas. d. c. 2. nu. 13.

10 Cenſuras etiam ex præſcripta cõſuetudine aliqui ferre poſſunt. ibi, in nu. 28. Poteſtatemq; hanc cũ ſciẽtia, & patientia ſummi Pontificis etiam laicus pręſcribere poteſt. in nu. 29.

11 Cenſuras ferendi poteſtatem etiam laicis, & mulieribus ſummus Põtifex cõcedere poteſt: non autem inferiores Prelati, ſed ſolis clericis eſt ab illis committenda. ibi. in nu. 31.

12 Cenſuras ferendi poteſtatẽ præſcriptam ſummus Pontifex tollere poteſt. in num. 32.

13 Cenſuras ferendi auctoritas

tas impediri poteſt videlicet. Primo impedimento naturali, nempe quia ex aliquo accidenti rationis vſum prçlatus ammitteret; & tunc ceſſaret etiam in habentibus ius ab ipſo. Secũdò ceſſat ex impedimento iuridico, nempe quia prçlatus commiſit aliqua prohibita, vel omiſit præcepta ſub pæna excommunicationis maioris, aut ſuſpenſionis, & impedimentum eſt publicum ob publicam denunciationem à iudice factam nominatim, excoquo caſu publicæ percuſſionis clerici. Ceſſat etiã ob impedimentum iuriditum ob appellationem factam in cauſa, ſi appellatio extraiudicialiter facta ſit.

Ter-

Tertiò ceſſat impedimento humano, nempe quia ex precepto ſuperioris ſuſpenſa, vel interdicta eſt prelato auctoritas ferendi cēſuras. d. l. 1. c. 2. à nu. 33. vſq; ad 39.

4 Cenſuras ferendi poteſtas ceſſat in delegato, mortuo delegante: & impeditur impedita iuriſdictione delegantis, d. c. 2. nu. 40.

5 Cenſuras ferendi poteſtas delegata ſubdelegari poteſt, non autem nudum miniſterium. d. c. 2. nu. 41.

6 Cenſuram ſine auctoritate ferentes mortaliter peccant. in nu. 43.

7 Cēſuris ligari poſſunt omnes, & ſoli Chriſtiani inobedientes, excepta ſuſpenſione, qua ſoli clerici inobedien-

diẽres ligari poſſunt: eſſeq; debent ſubditi illius qui fert cenſuram. d. c. 3. à n. 1. vſq; ad 8. & inter ſubdito numerantur etiam illi, qui habent domicilium etiam ſi illud habeant quoq; alibi. ibi. nu. 14.

18 Cẽſuris validè ligatur epiſcopus ſuffraganeus à Vicario Archiepiſcopi, abſente Archiepiſcopo, ſed illo præſente nequaquam. in nu. 18. Subditi autem ſuffraganei ab Archiepiſco vel Vicario illius ligari non poſſunt niſi per Edictũ Concilij Prouincialis, vel niſi officiales Epiſcopi ſuffraganei delictum committerẽt in officijs ſuis. d. c. 3. nu. 20. 21. & 22. Vel niſi deuiarent ab officijs metropolitanę,

in

in nu. 23. vel niſi in cauſa appellationis. in num. 24. vel niſi eſſet abſolutus, à metropolitano, & ſatisfacere nollet. in nu. 25. vel in cauſa litis cum epiſcopo. in nu. 26. necnon iniuriantes ſibi in caſu viſitationis prouinciæ, in nu. 26. vel ſi hoc habeant ex conſuetudine, vt in nu. 28.

9 Cenſura, quę quamuis ſit iniuſta, timenda tamen eſt in tribus tantum capitibus iniuſta eſſe poteſt, ſcilic. ex cauſæ iuſtæ defectu, ex animo deprauato, & ex ordine non ſeruato. d. l. 1. c. 3. num. 19.

Cenſuram iniuſtam probare volens non auditur, niſi obtenta abſolutione: ſed auditur prius qui illam

pro-

brobare vult nullam. ibid.
21 Cenſuris in ferendis prælati faciles eſſe non debēt, ſed obſeruandum eſt ab eis præceptum ſacri Concilij Trid. d. c. 3. nu. 29.
22 Cenſura lata contra exemptos eſt ipſo iure nulla. d. c. 3. nu. 39.
23 Cenſurarum pænas à ſuo prælato inflictas ſubditus non incurrit, ſi deliquit extra diæceſim, & vbi nō e[illegible] delictum illud ſub tali pœna prohibitum. d. cap. 3. num. 33.
24 Cenſurarum exemptio cōceſſa ſingularibus perſonis non præiudicat cenſuris ordinariorum; ſecus ſi concesſa ſit religioſo loco. d. c. 3. nu. 42.
25 Cēſurarū sētentiā ſecū tr[illegible]
hit

hic executioné: & cũ cenſura ſententiæ excomunicationis non contingat locum, & corpora locata, ſed tantum afficiat animam, promulgari poteſt etiam contra exiſtentem extra territorium. d. c. 3. nu. 51. Sed ſecus eſt quo ad ſententiam ſuſpenſionis, & interdicti, cum directe, & per ſe contingat corpus. in num. 52.

6 Cenſuræ aliquando nec contra contumaces, & inobediens, pmulgari validè poſſunt vt in caſu. c. 1. §. fin. de offic. Vicar. in 6. e ſeſſ. 25. c. 3. Concil. Trid. de reformat. d. c. 3. nu. 63.

7 Cēſura qui ligatus eſt alijs cenſuris ligari poteſt. d. c. 3. num. 82.

28 Cen-

28 Cenſura ſiue feratur per modum legis, ſiue per modum edicti, ſiue per ſententiam, iuſtam cauſam requirit. d. l. 1. c. 4. nu. 1. Eſtq; iuſta cauſa neceſſaria non tantum ad addendum cenſuram, quantũ ad prohibendum opus. in d. nu. 2.

29 Cenſura ferenda non eſt q̃do alia pęna, peccatũ aut contumacia puniri poteſt. d. c. 4. nn. 3. nec q̃do leuia præcipiuntur. in nu. 4. nec pro ſolo temporali fructu, niſi fiat ad adiuuandum gladium temporale. in nu. 10. nec pro vitandis interius malis, vel faciẽ ſis interius operibus ſpiritualibus. in num. 11.

30 Cenſura ſine iuſta cauſa lata eſt nulla, & in cõſciẽtiæ

foro

foro non ligat: ſiue iuſta tamen, ſiue iniuſta ſit timenda eſt, & ligat in foro exteriori. d.c. 4. num 12. & 14. iuſtaq; erit præſumenda. in d. nu. 14.
31 Cenſurę ſententia pronunciari non poteſt niſi contra cõtumacẽ perẽptoriè, aut ter monitum. d. c. 4. n. 16. lata tamen ſine monitione valet, etiam ob præteritam culpam. in num. 17. Imò culpa præterita ita neceſſaria eſt in ferendis cenſuris, vt quò ad Deum nullæ ſint vbi culpa non præceſſerit. in nu. 19. & excommunicatio maior requirit culpam mortalem. in n. 21.
32 Cenſuræ ferendę non ſunt niſi ſimul concurrat cauſa efficiens, formalis,
 ma-

materialis & finalis. in
num. 20.
33 Cenſura per modum ſen-
tentiæ prolata exigit, vt
fiat cognita cauſa, ſed non
requirit contumaciam. d.
c. 4. nu. 31. Ita tamen fe-
renda eſt etiam ſi feratur
per legem, vel per edictū
vt voluntas ferentis mani-
feſtetur, & determinetur
perſona, quæ ligatur ſaltē
confusè, ſed ita vt de illa
conſtare poſſit, alioquin
cenſura nulla erit. d. lib. 1.
c. 5. nu. 1. 2. & 3.
34 Cenſuræ verba, ſi ſenten-
tiam ferant, eo ipſo quo
quis committit actum cen-
ſuram incurrit: ſecus au-
tem, ſi cenſuram ferendā
eſſe demonſtrant. d. cap. 5.
num. 4.

35 Cen-

35 Cenſuræ verba ſententiā ferunt quādo proferuntur per verba pręſentis temporis modi indicatiui, vt in d. c. 5. nu. 5. aut per modum imperatiuum, vt in nu. 6. aut p verba conminatoria cum additione aliquorum verborum ſignificantium intētionem proferentis eſſe vt ſtatim liget, vt in nu. 7. aut quando ſunt affirmatiuè prolata abſq; verbo ſubſtantiuo, vel ſignificante de futuro eſſe faciendum. ibi.

36 Cenſuræ verba ſententiam ferendam eſſe oſtendunt quando proferuntur per verbum ſubſtantiuum, vel aliud quod ſignificet de futuro eſſe faciendum. d. c. 5. num. 8. vel quando cen-

ſura additur præcepto negatiuo non habenti determinationem temporis. in num. 9.
37 Cenſuræ ſi promulgentur per ſententiam habent determinatam formam quò ad modum ferendi illas: ſecus autem ſi ferantur per legem ſtatutum, aut edictum. d. c. 5. nu. 10.
38 Cenſuræ ſententia quò ad determinatã quò ad modũ formam Primò requirit vt monitio pręcedat, vt in d. num. 10. Si tamen feratur pro contumacia, ſecus ſi in pænam commiſſi criminis, aut pro futuris culpis, vt in nu. 11 Item nec quando ſententia profertur contra eum, qui in eodem caſu eſt ipſo iure
ex-

excommunicatus à canone ſi tamen hoc fiat nō declarando ſed iterum ligando, d. c. 5. num. 13. & 14. Nec quando Prę latus fert ſententiam cenſuræ pro defenſione ſui iuris, vt in num. 18.

Cenſuræ ſententia quò ad determinatam circa modũ formam. Secundò requirit vt in ſcriptis proferatur, & cauſa excommunicationis expreſsè conſcribatur; & exemplum ſcripturæ infra menſem tradatur, ſi requiratur. d. c. 5. nu. 25.

Cenſuræ ſententia etſi in caſibus enumeratis ſupra in nu. 38. teneat ſine pręuia monitione, tamen ſi fiat declaratio aliquem incurriſſe pœnam excommuni-

nicationis à iure latam, ſiue preuia monitione non tenet. d. c. 5. nu. 14.

41 Cenſurarum effectus alij interiores ſunt: alij exteriores. Interiores ſunt effectus ſpirituales, priuando ſcilicet per ſe ſpiritualibus bonis quibuſdã: nã per accidens priuant etiã tẽporalibus. Effectus exteriores alij ſpirituales sũt, alij temporales. Effectus ſpiritualis eſt emẽdatio fratrũ. Effectus temporalis eſt bona reipublicæ adminiſtratio, reſtitutio rei alienæ & huiuſmodi. d. lib. 1. c. 6. nu. 1. 2. & 3.

42 Cenſura iuſtè promulgata ex natura rei ſtatim effectus interiores eius eueniunt; cum ad illorum effectũ

fectũ

fectum de ſui natura expe-
ctanda non ſit aliqua exte-
rior executio. d. c. 6. nu. 4.
ſed ſecus eſt quò ad effectus
exteriores ſiue ſpirituales
ſint, ſiue temporales, vt in
num. 5.
Cenſura excō municacio-
nis ligatus, ſi voluntariè
impediat effectus illius per
inhobedientiā, toties quo-
ties mortaliter peccat. d. c.
6. nu. 6.
Cenſuras ab homine latas
per generalem ſententiam,
multi exiſtimant nec epi-
ſcopum, nec alium ſacer-
dotem tollere poſſe: ſed
probabilis eſt ſententia,
illorum, qui affirmant ab
illis abſoluere poſſe om-
nes, qui a cenſuris à iure
latis abſoluere valent. d.

lib. 1. c. 7 num. 44. & 45.
45 Cenſuras ab homine latas per ſpecialem ſententiam contra illum, aut illum latam, regulariter ille abſoluere valet, qui illas tulit, d. c. 7. nu. 48. ſed in multis caſibus abſoluere ipſe non poteſt & Primus eſt quando epiſcopus excommunicat, & denunciat incendiarios. Secundus quando delegatus Papæ excommunicat non parentem ſententiæ a ſe latæ, anno tranſacto, Tertius, ſi ipſe excommunicãs eſſet excommunicatus excommunicatione maiori. Quartus q̃do excõmunicans fuit merus executor. Quintus quãdo excõmunicatio ab ipſo lata a ſuperiore reſeruata ſibi fuit

fuit ex certa ſcientia. d. c. 7. num. 49.

46 Cenſura non reſeruata in foro conſcientiæ abſolui poteſt à quolibet confeſſario, cui ſe pænites ſubmittit. d. l. 1. c. 9. nu. 1.

47 Cenſura à qua quis abſoluitur inuitus, cenſetur quò ad illum ſublata in futurũ, ſi abſoluens hãc habeat auctoritatem, alioquin iterũ illa ligaretur, ſi tractum habeat ſucceſſiuum. d. c. 9. nu. 9. & 10.

48 Cẽſura tunc tantũ inabſolutione in exteriori foro explicanda eſt, quando abſolutionis verba ex propria ſignificatione determinationem requiruntur. d. l. 1. c. 10. nu. 5. & 6.

48 Cenſura excõmunicationis

nis ligatus, quamuis contritus ſit, non poteſt tamen publicè cum fidelibus in oratione participare, priuſquam abſoluatur. d. 3. p. l. 2. c. 2. nu. 19.

50 Cenſura excommunicationis ligatus negligẽs ad petendam abſolutionem etſi pœnitentiæ ſacramentum validè non recipiat: ſecus eſt quò ad reliqua ſacramẽta: cenſura ſiquidem non reddit perſonam incapacẽ, nec impedit aliquid, quod ad ſacramenti ſubſtantiam pertineat. d. c. 2 num. 27. nec impedit quin poſſit cẽſuratus ſacramenta recipere, ſi eſt alias benè diſpoſitus. d. 3. p. l. 6. c. 2. nu. 71.

51 Cenſura lata vſq; ad aduẽtum conditionis, vel cũ

ſem-

temporis limitatione, ſtatim ceſſat adueniente conditione, vel determinato tempore. d. 3. p. l. 5. c. 2. num. 2. & pro contumacia duobus modis promulgari poteſt ſcil. ſi non ſatiſfeceris intra menſem ſis cenſura ligatus, vel tandiu maneas cenſura ligatus donec ſatisfeceris. d. c. 2. nu. 3.

Cenſualis contractus.

a Cenſualis contractus ex natura ſua licitus eſt. in 2. 2. l. 2. c. 7. nu. 20. Vt autem hodie legitime conſtituatur iuxta bullã Pij V. octo ſeruanda ſunt. d. c. 7. n. 21.
a Cenſualis contractus in foro conſcientiæ eſt validus, ſi de iure naturæ teneat,

licet in illo deficiant ſolemnitates in d. bulla requiſitę ob ſolas vitandas fraudes. Proceditq; hoc etiam poſt latam ſententiam nullitatis contractus. d. cap. 7. num. 57.

3 Cenſualis contractus nullus non eſt iudicandus ob non adimpletam aliquã cõditionem bullæ Pij V. ex illis, quæ in eadem bulla annullantur; ſed tantum ex eo quod non fuit adimpleta conditio aliqua, quæ in bulla non annullantur. d. c. 7. nu. 122.

4 Cenſualis contractus ita eſt approbatus ſuper aliqua certa re, ſicut ſuper omnibus bonis in generali per bullam Nicolai V. confirmatam à Gregorio XIII.

Digitized by Google

in d. lib. 2. c. 7. num. 24.
5 Cenſuali contractui ex bulla Pij V. apponi non poteſt pactum auferens, vel reſtringens venditori facultatem alienandi rem cēſui ſuppoſitam, vel ad aliud obligans. d. c. 7. num. 79. Sed conditio hæc non pertinet ad iuſtitiam contractus, vt in nu. 80. Appoſita tamen reddit contractū nullum, vt in nu. 81.
6 Cenſuali contractui noua additur obligatio, quando antiqua augetur, vel quę dubia erat certa redditur, & in vtroq; caſu nullus eſt contractus. d. c. 7. nu. 82. Sed ſecus eſt quando nihil additur, vt in num. 83.
7 Cenſuali contractui pęna caducitatis in cauſa moræ

in-

iuſtè apponi non poteſt. d. c. 7. nu. 93.

8 Cenſuali contractui apponi non poſſunt pacta, quibus venditor teneatur priorem cenſum augere, vel nouum creare ex decurſis cenſibus non ſolutis. d. lib. 2. c. 7. num. 94.

9 Cenſuali contractui apponi non poſſunt pacta, quibus grauetur ad ſolutionē onerum is, qui de iure non eſt grauandus. d. c. 7. nu. 95.

10 Cenſuali contractui addi non poteſt obligatio venditoris ad prætij reſtitutionē. d. c. 7. nu. 99.

11 Cenſuali contractui iuſtè apponitur pactum, quo vēditor ad aliqua onera obligetur, ſi tale pactū prætio cōpenſetur. d. c. 7. nu. 97.

Cen-

Cenſus.

1 Cenſus eſt contractus iuris exigendi annuum redditũ ex aliena re, aut ex alieno iure. 2. 2. lib. 2. c. 7. nu. 1. ſoluiturq; de re propria, & exigitur ex aliena. ibid. in num. 1.

2 Cenſus alius reſeruatiuus alius conſignatiuus, Cenſus reſeruatiuus dicitur ille, in quo conceditur dominium rei cum reſeruatione ipſius annui cenſus. d. c. 7. nu 4. Cenſus conſignatiuus dicitur ille, in quo quis, retento dominio rei ſuæ, ius percipiẽdi partem aliquam fructuum in alium transfert. d. cap. 7. num. 15.

3 Cen-

3 Cenſus reſeruatiuus à conſignatiuo differt, quia in priori traditur res reſeruato cenſu: in poſteriori traditur cenſus, reſeruata re: Item reſeruatiuus poteſt eſſe perpetuus, conſignatiuus verò temporaneus,& perpetuus, & hoc diuerſimode, vt in d. c. 7. nu. 16. & 17.

4 Cenſus reſeruatiuus ab emphyteuſi plurimus modis differt. vt in d. c. 7. à. nu. 5. vſq; ad nu. 14.

5 Cenſus redimibiles Martinus V. Caliſtus III. & Pius V. approbarunt. d. c. 7. num. 19.

6 Cenſus perſonalis omnino prohibetur, & ſolus realis approbatur. d. c. 7. nu. 23.

7 Cenſus ex natura rei ſuper plu-

pluribus rebus conſtitui po
teſt in d. nu. 23. & quam-
uis ex bulla Pij V. ſit con-
ſtituendus ſuper certa re,
certis confinibus deſignan-
da, ad vitandas fraudes, vt
in d. c. 7. num. 26. ſuper
pluribus tamen rebus, cer-
tis confinibus deſignatis,
cõſtitui poteſt, vt in nu 27.
& illis tranſeuntibus ad di-
uerſos poſſeſſores, omnes
p rata obligantur. in n. 28.
8 Cenſus conſtituendus eſt ſu
per re immobili, vel quæ
pro immobili habeatur:
hæc tamen cõditio ad iuſti
tiã contractus non pertinet
d. c. 7. nu. 30. conſtituiq;
ex natura rei poteſt ſuper re
mobili fructifera. ibid.
9 Cenſus cõſtituendus eſt ſu-
per re ex ſui natura fructi-
fera

fera. d.c. 7. nu. 35. etiam ſi bulla Pij V. hoc non cõtineat, vt in d. nu. 35. & hæc cõditio ſi nõ fuit ſeruata, ſuppleri poteſt. in n.36.

10 Cenſus inter immobilia computatur. d.c. 7, nu.31. ſi ſoluatur ex re longo tẽpore duratura, vt in nu.32.

11 Cenſus ſuper cenſum conſtitui poteſt, ſi tamẽ cẽſus ſup quẽ alius cõſtituitur, irredimibilis ſit. d.l. 2.c.7. num. 33.

12 Cenſus ſupra datia, & iura regalia conſtitui poteſt, ſi perpetua ſint: non autẽ ſupra iura, & actiones, quas quis habet ad exigendum. d. c. 7. nu. 34.

13 Cenſus ſuper re fideicommiſſo aut quomodocumq; reſtitutioni ſubiecta conſti-

ſtitui poteſt cum expreſſo pacto vt duret vſq; ad dié reſtitutionis, dummodo duo alternatiue concurrant, ſcil. vel vt adueniente die reſtitutionis omnino finiatur cenſus, vel vt alia res libera ex nunc, ꝑ túc cẽſui ſupponatur. d. c. 7 n. 36. Itẽ licet in caſibus in quibus eiuſdem rei alienatio licita eſſet, vt in nu. 43.

14 Cenſus validè conſtitui poteſt ſuper re, quam venditor ignorat eſſe riſtitutioni ſubiectam: ſed ſecus eſt, ſi ipſe hoc ſciat, licet emptor ignoret, vt in nu. 40 in d. c. 7.

15 Cenſum emens ſuper re reſtitutioni ſubiecta, ignorans hanc ſubiectionem, & euictionem remittens, talis

re-

remiſſio nulla eſt, ſi ob frau dem venditoris facta ſit: ſecus ſi facta ſit ſine fraude: & hoc quo ad forum exterius, non autem quò ad forum conſcientiæ. d. c. 7. num. 42.

16 Cenſus ſuper rebus eccleſiaſticis conſtitui non poteſt, niſi interueniant ſolemnitates ad alienationẽ requiſitæ. d. c. 27. nu. 44. Item conſtitui poteſt ad vitam rectoris: ibi.

17 Cenſus vt ex bulla Pij V. non ſit inualidus reſpectu pretij tria requirit ſcilicet, ut prætium ſit iuſtum, vt ſoluatur in pecunia numerata, vt ſemel conſtitutum minui, & augeri non poſſit. d. c. 7. num. 45. Imò hoc vltimum procedit ex na-

natura contractus, Vt in num. 61.

18 Cenſus pretium mutari poteſt extinguendo cenſũ antiquũ, & creando nouũ. d. c. 7. nu. 62. dummodo in foro exteriori noua interueniat pecuniæ numeratio, vt in nu. 63.

19 Cenſus iam conſtitutus, pretio minori quàm fuit conſtitutus, vendi poteſt quando precia cenſum diminuta ſunt, aut quando cenſus eſt periculoſus, aut aliquam patitur difficultatem in exigendo. d. c. 7. num. 64.

20 Cenſus ſolutiones anticipatæ nec fieri nec in pactũ deduci poſſunt tam ex bulla Pij V. quam ex natura rei, d. c. 7. num. 65. Vale-

ret tamen contractus, ſi talis anticipato compenſaretur cum æquali vtilitate venditoris. in nu. *66*. Imò valeret etiam ſine tali cõpenſatione, vt in nu. *67*.

21 Cenſus conſtituendus nõ eſt cum conditionibus directè, vel indirectè obligantibus ad caſus fortuitos tàm ex bulla Pij V. quàm ex natura rei, quidquid aliqui in cõtrarium ſentiant. d. c. 7. nu. 68.

22 Cenſus debitor ĩ ſolis duobus caſibus de fortuito caſu tenetur, nimirum quando fuit in mora ſoluẽdi cẽſus: niſi ſit heres qui probabiliter diẽ ignorare poteſt, et quando ex culpa ipſius venditoris caſus fortuitus procederet. d. c. 7. nu-

numero 70. 71. & 72.

23 Cenſus dominus alijs emptoribus præferendus eſt in vendenda re cenſui ſuppoſita. d. c. 7. nu. 79. monenduſq; ideo eſt ante venditionem, & per menſem expectandus, alioquin nulla erit venditio, vt in nu. 89. Non ſunt tamen ideo excludendi illi, qui habent ius congrui, vt in nu. 84.

24 Cenſus iuſtè emuntur nouem pro centenario Squillacij, obligando venditorem ad onera fiſcalia, d. c. 7. num. 98.

25 Cenſus conſtitui poteſt cũ pacto vt venditor cogi poſſit ad redimendum, vbi bulla Pij V. non eſt recepta, & duo concurrant, ſcilicet Primum, vt perem-

rempta re, ſuper qua cenſus eſt conſtitutus, pereat etiam obligatio redimēdi. Secundum, dummodo vltra iuſtum pretium cenſus, detur venditori aliud pretium commēſuratum huic obligationi, quod nullo modo ſit reſtituendum in redemptione cenſus. d. l. 2. c. 7. nu. 100.

26 Cenſus emptor ſubiacere debet omnibus periculis rei cenſui ſuppoſitæ. d. l. 2. c. 7. nu. 101.

27 Cenſus non eſt diminuendus quādo res cēſui ſuppoſita ita infructifera effecta eſſet, vt qui ſuperſunt fructus ſufficiant ad ſolutioné illius. d. c. 7. nu. 103.

28 Cenſus perit, ſi culpa vēditoris pereat res cenſui ſup-

ſuppoſita: habet tamen emptor actionem ad omne intereſſe. d. c. 7. nu. 104.
29 Cenſus venditor obligari poteſt, vt ſuo periculo affirmet proprium eſſe prædium, in quo cenſus conſtituitur. d. c. 7. nu. 105.
30 Cenſus pro eodam pretio quandocunq; ad libitum vēditoris extingui poteſt, dummodo ante bimeſtre hoc denuntiet emptori. d. c. 7. nu. 106. ſed è contrariò non poteſt emptor ad hoc cogere venditorem, niſi in caſibus de quibus. in d. c. 7. nu 99. vt in d. c. 7. num. 107.
31 Cenſus redemptio numerata pecunia neceſſariò facienda non eſt, ſed extingui poteſt per compenſa-
K tio-

Digitized by Google

tionem etiam debiti liquidi inuito emptore. d.c. 7. num. 108.
32 Cenſus redemptio, quando pecuniarum æſtimatio eſt variata, ſi à principio fuit cautū de pecunijs ſub certa æſtimatione ſoluendis, nimirum ad rationem ſex librarum pro quolibet aureo, iuxta ſolutionem in emptione factam, facienda eſt eſtimatione communi, quam habent aurei tempore redemptionis. d. c. 7. nu. 109.
33 Cenſus redemptionē pro parte facere non tenetur venditor. d. c. 7. nu. 110. etiā ſi plures heredes venditoris cenſus remanerent, vt in nu. 111.
34 Cenſus venditor, pretij par-

partem amico donare non poteſt ea lege, vt teneatur ille ad ratam cenſum ſoluere, niſi ad illius amici inſtantiam, illam pretij partem accepiſſet, & illam partem cenſus vendidiſſet: vel niſi redimere volens, ab amico rogatus non redemit, ſed ad illius inſtantiam illi illam pretij partē tradidit. d. c. 7 nu. 112.

35 Cenſum conſtituens ſuper re aliena cum conſenſu domini, ab eodem domino obligari poteſt, vt infra aliquod tempus cenſum redimat. Ipſe tamen dominus rei redimere cenſum non poteſt ad hoc vt ipſe cenſum exigat. d. cap. 7. num. 113.

36 Cenſus pro redemptione

facienda, non ſufficit pretij oblatio, ſed neceſſaria eſt conſignatio, vel depoſitio. d. c. 7. nu. 114 In foro tamen conſcientiæ ſufficit, ſi poſt duos menſes, & infra annum, à die denuntiationis fiat. in num. 116. Niſi cenſus ſit debitus pupillo, aut minori, nam tunc etiã iudicis decretum interuenire pro vtroq; foro debet. in nu. 117. Aut niſi cenſus ſit debitus eccleſiæ, aut pio loco, quia tunc interueniere debêt requiſita pro alienandis rebus eccleſiaſticis, vt in num. 118.

37 Cenſus irredimibiles iuſti per bullam Pij V. non prohibentur. d. cap. 7. num. 119.

38 Cenſus conſignatiuus perpe-

petuus, & irredimibilis ex natura ſua iuſtus eſt, & emi, ac vendi poteſt. d. c. 7. nu. 124. dummodo ſeptem concurrant, vt in num. 125.

35 Cenſus conſignatiuus tēporaneus iuſtè cōſtitui poteſt ſuper re fructifera immobili, ſiue mobili. d. c. 7. num. 126. dummodo pretium ſit iuſtum iuxta dicta. in num. 127.

Certi conditio.

1 Certi conditio duplex, vna generalis, quę datur ex omni contractu, & ex omnibus obligationibus, vbi certum quid petitur; altera ſpecialis, quę datur pro mutuo, ad illud repetendū,

&c etiam ad intereſſe. 2.2. lib. 2. c. 14. num. 26.

Ceßatio à diuinis.

1 Ceſſatio à diuinis inducit omnimodam ſuſpenſioné diuinorum officiorum ab interdicto diſtinctam, & ad factum, non ad iuris effectum referenda eſt. 3. p. l. 6. c. 1. nu. 3. Ipſo tamen tempore illorum ſacramétorum adminiſtratio licet, quæ licita eſt tempore interdicti. Nec ideo tollitur natura, ſeu eſſentia ipſius ceſſationis, ſicut tolleretur per conceſſionem quotidianę celebrationis etiã ianuis clauſis. d.c.1. nu. 4.

2 Ceſſationis à diuinis tempore licita eſt celebratio in illis

illis feſtiuitatibus, in quibus licet celebrare interdicti tempore. d. c. 1. nu. 5.
3 Ceſſatio à diuinis gaudet permiſſionibus conceſſis à iure tempore interdicti: ſecus tamen eſt de conceſſionibus ſpecialibus. d. cap. 1. num. 6.
4 Ceſſatio à diuinis etſi quò ad ea, quæ ſunt iuris communis æquipolleat interdicto in caſibus, in quibus ipſi ceſſationi non derogatur, tamen non æquipollet in caſibus ex ſpeciali priuilegio conceſſis. d. nu. 6.
5 Ceſſatio à diuinis induci poteſt non ſolum à prælatis habentibus iuriſdictionem in foro eccleſiaſtico, ſed etiam à canonicis, & capitulo, ſi ex conſuetudine,

Digitized by Google

Vel alias hoc ſibi vendicarunt d. c. 1. nu. 7. in fine. Inducere tamen illam debent iuxta determinatam formam, vt in d. num. 7. in initio.

6 Ceſſatio à diuinis differt ab interdicto & quo ad formam, & quò ad cauſam efficientem. in d. nu. 7.

7 Ceſſatio à diuinis inducta ab eis, qui habent auctoritatem ferẽdi interdictum, ſi de illorum mente non conſtet, & caſus dubius ſit, habenda eſt pro interdicto. d. c. 1, nu. 8.

Charitatiuum ſubſidium.

1 Charitatiuum ſubſidium eſt moderata quędam ſubuentio à clericis epiſcopis ſuis

ſuis ex cauſa rationabili debita. 1. 2. l. 1. c. 15. num. 1. & dicitur charitatiuum, quia cum charitate eſt petendum. Et dicitur ſubſidium, quia ad ſubueniendũ epiſcoporum ſuperuenientibus neceſſitatibus conceditur, hoc eſt, quando eccleſiæ redditus pro incumbentibus onoribus non ſufficiunt, vt in nu. 2.

2 Charitatiuum ſubſidium cum charitate etſi ſit petendum, poteſt tamen epiſcopus clericos nolentes ſoluere excommunicare, & hac de cauſa edictũ proponere, quòd infra tantum tempus non ſoluentes ſint excommunicati. d. c. 15. num. 4.

3 Charitatiuum ſubſidiũ non ſo-

ſolum ſemel, ſed iterum, atq; iterum epiſcopus exigere poteſt d. c. 15. num. 7. quando adeſt iuſta, & rationabilis cauſa petendi illud, vt in nu. 8

4 Charitatiuum ſubſidiũ ſoluendum eſt a clericis beneficiarijs, qui epiſcopo exigenti ſubduntur, ſi ex beneficijs aliquid vltra decẽtem victum percipiunt, nõ autem à laicis, nec à clericis non habentibus beneficium. d. cap. 15. num. 9. Non ſoluitur epiſcopo nõ petenti, vt in nu. 19. nec ab exẽptibus, niſi in priuilegio exemptionis ſit hoc exceptum, vt in num. 20. Nec ab eis, qui ex beneficijs vltra decentem victũ nihil percipiunt, niſi occa-

ſione

ſione clericatus ſimul ali-
quid vltra victum perciperent, vt in nu. 21.

5 Charitatiuum ſubſidium eſt de lege diœceſana; ideoq; etſi non ſolum epiſcopis, ſed etiam Archiepiſcopis, Patriarchis, & Primatibus debeatur, tamen tanquam epiſcopis ex ſolis diœceſibus ſuis eis debetur. d.cap. 15. nu 10. Niſi conſuetudo jus illis tribuat exigendi illud etiam a prouincialibus, vt in nu. 11.

6 Charitatiuum ſubſidiũ Papa exigit ex vniuerſo terrarum orbe, & Legati ex tota ꝓuincia. d. c. 15. n. 12. Cardinales ab eccleſijs titulis ſuis ſubiectis, vt in num. 13. Et omnes alij tantummodo, qui habent iu-

ra epiſcopalia, in num. 14. Ac etiam capitulum Cathedralis ſede vacante, vel quaſi, vt in nu. 15.

7 Charitatiuum ſubſidium ex vniuerſali eccleſia exigere poteſt collegium Cardinalium ſede vacante, ſi grandis, & euidens neceſſitas immineat, ac oẽs Cardinales conſentiant. d. c. 15. num. 16.

8 Charitatiuum ſubſidium, exigere poteſt epiſcopus electus, & confirmatus, & ſi conſecratus non ſit, dummodo bullas habeat expeditas. d. c. 15. num. 17. Et idem facere poteſt adminiſtrator perpetuus cathedrali datus, & Coadiutor ſimpliciter datus, non autem Vicarius. in nu 18.

9 Cha-

9 Charitatiui ſubſidij quantitas eſt arbitraria ſecundum aliquos; alij verò dixerunt ſtandũ eſſe taxæ extrauag. *Vas electionis*. de cenſib. d. c. 15. nu. 23.

10 Charitatiuum ſubſidium contra epiſcopum præſcribi non poteſt. d. cap. 15. num. 24.

Choreas.

1 Choreas ducere ex ſe non eſt peccatum mortale, ſed minimum veniale. 1. p. l. 4. c. 6. nu. 7.

Chriſtiani.

1 Chriſtianis in fide debilibus, cuiuſmodi ſunt idiotæ, cum infidelibus commu-

municare non licet 1.2.l.2. c. 18. nu. 24.

2 Chriſtiani captiui ſine peccato, & obligatione reſtitutionis remigant in triremibus Turcarum inuadentium chriſtianos, ſi hoc nõ faciant ad illum finem, ſed ad proprium damnum vitandum. 2. 2. lib. 2. cap. 2. num. 47.

3 Chriſtiani ſerui à Iudæis emi non poſſunt; nec vendi, ſi priuſquã eſſent Chriſtiani empti ſint; niſi cauſa mercimonij empti ſint; & ante tres menſes Iudæi eoſdem ſeruos venales exponant. d. l. 2. c. 5. nu. 205.

4 Chriſtiani omnes a Papa cẽſuris ligari poſſunt vbiq; 3. p. l. 1. c. 3. nu. 11.

Cir-

Circunſtantia.

1 Circunſtantiæ metophoricè dicuntur quæcunq;conditiones, quæ ſunt extra ſubſtantiam actus humani, ſed aliquo modo ipſum actum attingunt. 1. p. l. 5. c. 10. nu. 1.

2 Circunſtantiæ humanorum actuum etſi accidentia eorum dicendæ ſint, tamen quia non omnio per accidens ſunt, ſed aliquo modo actum contingunt, dicendę ſunt accidentia ipſis humanis actibus adiacentia, quę eius qualitatem variant. ibi.

3 Circunſtantia, quæ humanum actum, ac peccati ſpeciem variat, & eſt in confeſ-

feſſione explicanda, eſt illa, quæ ordini rationis ſpecialem repugnantiã addit. Cõtingereq; duob. modis poteſt Primò faciẽdo actũ ex bono, aut ex indifferenti malum. Secundò addendo deformitatem alterius generis. d. c. 10. nu. 2.

4 Circunſtantię, quæ peccati ſpeciem mutant non omnes ſunt in confeſſione explicandę, ſed illæ tantum, quæ peccati ſpeciem mutant ex veniali in mortale, vel e contrario: quando opus in ſe bonum, vel non malum faciunt mortale, quamuis non mutent ſpeciem: vel quando quod in ſe erat malum, circunſtancia facit vt nullum ſit peccatum: vel quando ſpeciẽ vnius

vnius mortalis mutat in aliud mortale, d. cap. 10. num. 4.

5 Circunſtantia magis, & minus in confeſſione eſt explicanda Primò quādo reſpectu illius id quod eſt ex natura ſua mortale efficitur veniale, vel è contrariò. Secundò quando ſic auget peccatum, vt reſpectu illius fiat reſeruatū. In alijs autem caſibus nequaquam, niſi hoc neceſſarium eſſet vel ad explicandum numerum peccatorum, vel ad cognoſcendam obligationem reſtitutionis. d. c. 10. num. 5.

6 Circunſtantiæ, quæ intra eandem ſpeciem peccatum extenuant tunc ſunt confitendæ, quando faciunt

illud

illud ex mortali veniale, aut nullum peccatum. d. c. 10. nu. 6.

7 Circunſtantiæ ſpeciem, nec nòn numerus peccatorũ, & occáſiones peccandi neceſſariò ſunt in confeſſione explicandæ, & à confeſſarijs neceſſariò de eis interrogandi ſunt pęnitentes, & admonendi, vt eas in confeſſione explicent. 1. p. l. 1. c. 2. nu. 4.

8 Circunſtantiæ humanorum actuum etiam in peccatis conſiderantur; & ſunt ſeptẽ ſecundũ Ciceronẽ ſcil. *Quis*, *Quid*, *Vbi*, *Quibus auxilijs*, *Cur*, *Quomodo*, *Quando*: quibus Ariſtotiles addit *Circa quid*, quæ cõprehẽditur ſub circũſtãtia, *Quid*, d. 1. p. l. 5. c. 11. nu. 1.

9 Cir-

9 Circunſtantia *Quis* denotat qualitatem perſonæ peccãtis eſſe in confeſſione aperiendam; & hoc tunc erit faciendum quando qualitas perſonæ mutat ſpeciem peccati, nouamq; addit deformitatem, nempe quia vltra deformitatem, quam ex natura ſua habet aliquod peccatum, ſpecialem etiam malitiam recipit ex qualitate peccantis ex eo quod reſpectu talis qualitatis inuenitur in peccato ſpecialis, & moralis repugnantia ordini rationis. d. c. 11. nu. 2.

10 Circunſtantia, quę reſpectu qualitatis perſonę peccatũ auget, neceſſario confitenda non eſt. d. cap. 11. num. 2.

11 Cir-

11 Circunſtantia nunquam, aggrauat in infinitum, niſi quando transfert in aliam ſpeciem. d. c. 11. nu. 2.

12 Circunſtantiæ, quæ mutant ſpeciem ob qualitatē perſonæ, tot ſunt in confeſſione explicandæ, quot ſunt in perſona peccantis conditiones ſpecialiter rationi repugnantes. d.c.11. num. 2.

13 Circunſtantia ſacerdotij, & religionis non eſt neceſſario vtraq; explicanda in confeſſione, à ſacerdote, regulari, qui peccatum incontinentię commiſit, ſed ſatis erit ſi earum vnam explicaret. d. c. 11. nu. 3.

14 Circunſtantia, quæ per ſe ſolam mutat ſpeciem, etſi cum alia eiuſdem ſpeciei con-

Digitized by Google

concurrat, eſt ſpecialiter confitendà, quando non obſtante tali concurſu per ſe ſolam continet ſpecialē rectæ rationi repugnantiā. d. c. 11. nu. 6.
15 Circunſtantia perſonę non eſt confitenda a Nouitio religionis, ſcilicet ſe eſſe Nouitium, ſi peccatum incōtinentię ante profeſſionem committat. d. c. 11. nu. 7.
16 Circunſtantia ſolemnitatis voti neceſſario confitēda non eſt. d. c. 11. num 8. Nec circunſtantia ſponſalium de futuro. in nu. 9.
17 Circunſtantia virginitatis an ſit neceſſariò confitenda à virgine, quæ peccatum incontinentiæ commiſit, variæ ſunt ſententię, & negatiua amplectitur.

ctitur. d. cap. 11. num. 10.
18 Circunſtantia voti virginitatis non eſt confitenda ab incōtinente ſecūdò peccante, qui præcisè virginitatem promiſit: ſed confitenda eſt circunſtantia voti, ſi ſimul etiam caſtitatē promiſit. d. c. 11. nu. 11.
19 Circunſtantia voti virginitatis confitenda non eſt ab incontinente ſecundo peccante, qui neſcit, an ſimul cum virginitate etiam caſtitatem promiſerit, niſi credat, quod ſi vouendo caſtitatem, virginitas menti occuriſſet, eam etiā promiſiſſet. d. c. 11. nu. 12.
20 Circūſtantia qualitatis perſonæ, quando eſt confeſſario nota, non eſt neceſſario cōfitenda. d. c. 11. n. 13.
21 Cir-

1 Circunſtantia *Quid*, *vel circa quid* denotat in confeſſione explicandam eſſe qualitatẽ obiecti peccatorũ, aut materiæ ex qua pec tum conſtat, aut circa quam actus peccati verſatur, vel quantitatem continuam materiæ circa quã peccatum committitur. d. l. 5. c. 12. nu 1.

2 Circunſtantia continuæ quantitatis peccatorum eſt in confeſſione explicanda Primò quando facit ex veniali mortale, vel è contrario. Secũdo quando ratione quãtitatis fit reſeruatũ, aut deſinit eſſe reſeruatum Tertiò vt poſſit cõfeſſarius diſtinguere an peccatũ ſit mortale, vel veniale. & an obliget ad reſtitutionem.

Quar-

Quartò quando quantitas eſt neceſſaria ad explicandum numerum peccatorũ. d. c. 12. nu. 2.

23 Circunſtantia quantitatis in peccatis, quæ vnico actu circa plura obiecta numero diuerſa committuntur, tũc eſt explicanda q̃do diuerſi numeri dant actui diuerſitatem alterius ſpeciei. d. c. 12. nu. 5.

24 Circunſtantia qualitatis obiecti, aut materiæ circa quam actus peccati verſatur tunc eſt in confeſſione explicanda, quando reſpectu talis qualitatis inuenitur in peccato ſpecialis repugnãtia ordini rationis d. c. 12. num. 6. & tot ſunt circuñſtantiæ aperiendæ, quot ſunt repugnantiæ or-

ni rationis reſpectu dictę
ıalitatis, ibi.
ircunſtantia conſangui-
tatis eſt neceſſario confi-
nda in peccato ſodomiæ
ını perſona conſanguinea
ımmiſſo. d. c. 12. nu. 7.
ircunſtātia prrſonæ vxo-
s eſt neceſſario confiten-
ı in peccato contra natu-
m cum ipſa vxore comiſ-
, ad manifeſtandum ve-
ım ſtatum peccatoris pro
er proximam occaſionē
erum peccandi. d. c. 12.
ım. 8.
ircunſtantia graduum an
neceſſariò confitenda in
eccatis carnalibus cū cō-
nguineis commiſſis, va-
æ ſunt ſententiæ, & ne-
tiua probatur. d. c. 12.
ım. 9

Digitized by Google

28 Circunſtantia affinitatis non differt ſpecie à circunſtantia conſanguinitatis, & ideo neceſſariò non erit in confeſſione diſtinctè explicanda, ſed ſatis erit ſi cognatio explicetur. d. c. 12. num. 10.

29 Circunſtantia cognationis neceſſariò confitenda eſt in peccatis carnalibus inter cognatos commiſſis, quamuis affines ſint vltra ſecundum affinitatis gradum, d. c. 12. nu. 11.

30 Circunſtantia cognationis neceſſariò cõfitenda eſt ab eo, qui cum carnaliter cognouerit conſaguineam vxoris, vxorem ipſam cognouit. d. c. 12. nu. 12.

31 Circũſtantia qualitatis perſonæ cum qua peccauit cõfiten-

itenda eſt ab eo, qui carna-
iter Iudæam cognouit. d.
. 12. nu. 13.
Circunſtantia cognationis
piritualis non eſt confitē-
la ab eo, qui rem habuit
um ea cuius filium de ſa-
ro fonte leuauit priusquā
pſa baptizaretur. d, c. 12.
ium. 14.
Circūſtātia qualitatis per-
onæ circa quam peccatur
n ſolis etiam oſculis, &
actibus libidinoſis eſt ne-
ceſſario confitenda. d.c.12.
num. 15.
Circunſtantia filiationis,
vel paternitatis ſpiritua-
lis in peccatis carnalibus
eſt neceſſario confitenda.d.
c. 12. nu. 16.
Circuuſtātia *Vbi* denotat
eſſe in confeſſione expli-

candũ locum vbi quis peccauit, vt in d.l.5.c.13. n. 1. Eſt hoc tunc ſolummodo faciendum quando ipſum opus ſanctitati, vel inimunitate loci directè contrariatur. d. c. 13. nu. 13.

36 Circunſtantia loci in tribus peccatis ſpeciẽ mutat, ſcil. in furto, in effuſione, ſanguinis, & in effuſione ſeminis. d. c. 13. nu. 3.

37 Circunſtantia loci neceſſario confitenda non eſt, ſi furtum, vel effuſio ſeminis, aut ſanguinis facta ſint in oratorijs, aut eccleſijs, in quibus diuina miſteria non fuerunt celebrata, etiam ſi in fundatione epiſcopi auctoritas interuenerit. d. c. 13. nu. 6.

38 Circunſtantia loci neceſſariò

ſariò explicanda non eſt in furto commiſſo in oratorijs priuatorum, niſi res quę furatur ipſi oratorio in perpetuum donata ſit. d.c. 13. nu. 7.

9 Circunſtantia loci ſacri cōfitenda eſt etiam ſi locus ſit ſuppoſitus eccleſiaſtico interdicto. d. c. 13. num. 8. ac etiam ſi ab hoſtibus captus ſit. in nu. 9. ac etiam ſi ſit dirutus. in nu. 11.

0 Circunſtantia loci neceſſariò confitenda non eſt à coniugibus actum coniugalem ex cauſa neceſſitatis in loco ſacro exercētibus. d. c. 13. nu. 19.

1 Circunſtantia loci neceſſariò confitenda non eſt ab eo, qui pugno hominem in loco ſacro parcuteret, ſi

animus occidendi deeſſet, quamuis inde mors ſequeretur. d. c. 13. nu. 13.
42 Circunſtãtia loci in luxuriæ peccatis neceſſariò cõfitenda non eſt, niſi effuſio ſeminis, aut ſeminandi animus interueniat. d. cap. 13. num. 14.
43 Circũſtãtia *Quibus auxilis* denotat eſſe in confeſſione aperienda media, ſiue inſtrumenta, quorum auxilio quis peccatum committit. d. l. 5, c. 13. num. 1. & multis exemplis explicatur vſq; ad nu. 13.
44 Circunſtantia *Cur* denotat in confeſſione aperiendum eſſe finem peccantis. Non eſt tamen hæc circunſtantia explicanda niſi reſpectu finis actus aliquam recipiat de-

deformitatem rectæ ratio-
ni moraliter repugnantẽ.
d. l. 5. c. 15. nu. 1.

5 Circunſtantia ſcandali ad
hanc circunſtantiam finis
reducitur quãdo quis ideo
peccat vt alios ad peccan-
dum inducat, aut quando
ita peccat vt alij peccandi
occaſionẽ ſumant. d. c. 15.
num. 1.

6 Circunſtantia, cuius ratio-
ne deformitatẽ actus amit-
tit in confeſſione explica-
re tenetur pænitens, qui
actum illum confitetur. d.
c. 15. nu. 4.

47 Circunſtantia *Quomodo* de
notat in cõfeſſione eſſe ape
riendum accidentalem mo
dũ quo quis peccauit. d. l.
5. c. 16. nu, 1. Eſtq; circun-
ſtantia hæc qnandoq; ne-

ceſſario confitenda quamuis ſpeciem non præſtet,& hoc in ordine ad dignoſcẽdum an quis cẽſuras eccleſiaſticas contraxerit, vel non d. c. 16. nu. 2. & 5. nec non quando ratione modi à reſtitutione excuſaretur, vt in nu. 6. aut à mortali vt in nu. 13.

48 Circunſtantia conſuetudinis neceſſariò confitenda non eſt, niſi aliter ſtatus conſcientiæ declarari non poſſit. d. c. 16. nu. 8.

49 Cincunſtantia *Quando* denotat in confeſſione aperiendum eſſe tempus quo quis peccauit. Hæc tamen circunſtãtia neceſſario per ſe confitenda non eſt cum ex natura ſua ſpeciem non mutet, ſed tantũ confitẽda eſt

eſt quando reſpectu tēporis ad aliqua grauia faciēda, vel omittenda quis obligatur, & obligationem non ſeruat. d. lib. 5. c. 17. nu. 1: & 2. Et tot ſunt obligationes quot ſunt tranſgreſſiones, quando ex diuerſis cauſis proueniunt. vt in nu. 5.

Circunſtantia diei feſti neceſſariò confitenda non eſt, niſi in actibus in his diebus prohibitis aut præceptis. d. c. 17. nu. 1.

Citatio.

Citationis cōmiſſio eſt ſententia interlocutoria, pertinetq; ad actum iuriſdictionis, & extra territoriũ committi non poteſt, etiã

Digitized by Google

ſi iudices diuerſorum territoriorum ab vno ſuperiore dependeant. 3. p. l. 1. c. 3. nu. 53.

2 Citatio partis etſi regulariter in proceſſu ſit neceſſaria, hoc tamen fallit quando certum eſt nullam competere defenſionem citando, ſi audiretur. d. l. 1. c. 5. nu. 16.

3 Citatio præmittenda neceſſariò non eſt in declaratione, & denunciatione cenſurarum, d. c. 5. nu. 19

4 Citato aliquando differt, aliquādo coincidit cum monitione. d. c. 5. nu. 20.

Ciuitas.

1 Ciuitate interdicta cenſentur etiam interdicta ſuburbia,

bia. 3. p. l. 6. c. 1. nu. 13.

Clauis.

Clauis eſt ſpecialis poteſtas ligandi, & ſoluendi, qua Iudex eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno. 1. p. lib. 1. cap. 6. num. 1. circa finem.
Clauis poteſtas ab ordinis poteſtate non differt. ibi.

Clauſula.

Clauſula *Admoneas* in aliqua conſtitutione poſitæ, neque compellit, neq; dat facultatem compellendi. 1. p. l. 5. c. 4. nu. 8.
Clauſula *Sub vinculo ſinceræ, & immaculatæ fidei* vim ra-

ramenti non habet; & in dubio non eſt intelligenda de fide Theologica, ſed de fide humana, quæ de iure gentium, etiam infideles obligat. 1. 2. lib. 1. cap. 2. num. 19.

3 Clauſula *Codicillaris* in teſtamento appoſita operatur, vt ſucceſſor rogatus in teſtamẽto videatur ſcriptis heredibus hereditatẽ reſtituere. 1. 2. l. 2. c. 23. num. 88.

4 Clauſula *Voluit valore omni meliori modo* in teſtamento appoſita habet vim clauſulæ codicillaris, ac etiam Inſtitutionis. d. cap. 23. num. 20.

5 Clauſula in aliqua conſtitutione appoſita refertur ad omnia capitula illus. d. l. 2. c. 27.

c. 27. nu. 55. Si clauſula eſt vniuerſalis, & eadem milicet ratio in omnibus capitulis, nec ſurgit aliqua abſurditas. 3. p. l. 2. c. 5. num. 244.

6 Clauſula *Non obſtantibus legibus in contrarium* tunc apponenda eſt in reſcriptis, quando reſcripta graue damnum alteri irrogant. d. l. 2. c. 5. nu. 37.

Clauſura Monialium.

1 Clauſurã monialium violare dicitur ille, qui extra caſum neceſſitatis, vtitur epiſcopi licentia, vt monialium monaſteria ingredi valeat. 3. p. lib. 4. c. 3. num. 10.

2 Clauſuram monialium violan-

lantes ad malum finem vir tute priuilegiorum abſolui non poſſunt ab eis qui huiuſmodi priuilegia cõceſſa habebant ante annum 1621. Sed abſolui poſſunt ab eis, qui hoc habent à iure. d. c. 3. nu. 10. & 11.

3 Clauſuram monialium ingrediens puer nondum doli capax, excommunicationis pœna non ligatur; ſed ſecus dicas de monialibus introducentibus illum. d. c. 3. nu. 12. mulieres verò ſęculares introducentes nõ excommunicantur, d. c. 3. num. 13.

4 Clauſura monialiũ pro inſtauranda, ſi requiſiti magiſtratus ſęculares auxiliũ ſui brachij nõ pręſtarẽt sũt excõmunicati. d, l. 4. c. 6. n. 99.

Cle-

Clericus.

Clerici quidquid habent ex eccleſiæ redditibus, neceſſarijs deductis, pauperibus, & pijs operibus debent. 1. 2. lib. 2. c. 11. nu. 51.
Clerici, & eccleſiaſtici non ſolum ex canonico, ſed etiam ex ciuili iure gabellas ſoluere non obligantur ex rebus ſuis, quæ negotiationis cauſa nõ deferũt, & exigentes abſq; Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia excommunicantur in bulla cœnæ domini, & in alijs iuribus. 1. 2. lib. 2. c. 17. num. 88. Habetq; locum exemptio hæc vbiq; in nu. 89. Illãq; de iure diuino Principes ſer-

ſeruare obligantur, nō quia Deus illam immediate cō-ceſſit, ſed quia eam Sūmus Pontifex dedit, cui de iure diuino obedire Chriſtiani Principes debent. d. c. 17. num. 95.

3 Clericos, eccleſias, & ecclesiaſtica perſonas ab omnimoda iuriſdictione ſæculari Papa eximere poteſt, cum hęc Deo dicata ſint, & ab eis ſæculares maiora beneficia recipiant. d. c. 17. num. 45.

4 Clericorum, & eccleſiarum emptiones à non ſoluendis gabellis locum non habét quò ab bona, quæ tributaria erant, & certa ſeruitia debebant priuſquam in poteſtatem clericorum, & eccleſiarum deuenirent. d. c. 17.

c. 17. num. 98. Hoc tamen fallit, in domibus, atrijs, & hoſtijs iuxta eccleſiã poſitis, & in manſo, quo eſt eccleſia dotata, vt in n. 99.
Clericorũ exemptio quò ad gabellas ſoluendas locum non habet quò ad bona, quę negotiationis cauſa ipſi deferunt. d. c. 17. n. 100. Et quæ ſint bona quæ negotiationis cauſa deferunt vide in ver. Negotiatio.
Clericorum appellatione, quò ad exemptiones à gabellis veniunt etiam clerici primæ tonſuræ, ſi coniugati nati ſint. Nec præſcriptio, aut conſuetudo in cõtrarium valet. d. cap. 17. num. 101.
Clerici nec etiam indirectè ad ſoluendas gabellas indu
ci

ci poſſunt; nec a ſpōte dātibus ſunt recipiendæ. d. c. 17 nu. 105. & 108.

8 Clerici cogendi nō ſunt ad euitandas gabellas, vt alibi neceſſaria emant: nec vt emant bouem aut vitulum quando carnibus indigent. d. c. 17. nu. 109.

9 Clerici coguntur ſoluere gabellas illas, quas ſponte ſoluerunt ex tempore cuius initij non extat memoria. d. cap. 17 num. 113. *Hoc autem ex mente Auctoris intellige, ceſſante Bulla cænæ Domini, quæ etiam conſuetudinem immemorabilem improbat.*

10 Clerici ex bonis patrimonialibus gabellas ſoluere non tenentur. d. c. 17. n. 114. Niſi bona tributaria eſſent, &

& cenſus certos & annalia ſeruitia prius deberent, vt in nu. 115. Vel niſi gabella exigeretur pro ſtipendio alicuius ſeruitutis, aut pro oneribus, quæ naturali ratione ipſis rebus incũbunt, vt pro reficienda via ante domum ipſius clerici pro purgando puteo, & reficiendo ponte ipſis clericis neceſſario, & ſimilibus, vt in nu. 121. & 125.

11 Clerici piè agerent, ſi in caſu neceſſitatis, vel vtilitatis patriæ, approbante epiſcopo, & conſulto Romano Pontifice gabellam ſoluerent in caſu quo laicorum facultates non ſufficerent, dummodo quinq; copulatiuè cõcurrant ſcil. Primum, vt neceſſitas, vel

vti-

vtilitas ſit communis, & cui ſubueniri nõ poſſit niſi ſimul clerici, & laici cõtribuant. Secundum, vt onus illud laici ſuſtinere non ſufficiant. Tertium vt imponatur onus vocato toto cleru. Quartum, vt cõſuletur Romanus Põtifex. Quintum vt clerici ad illud ſoluendum compellantur à ſuo ſuperiori, d. c. 17. num. 124.

12 Clerici pro rata gabellas non ſoluunt quando bona habent communia cum ſęcularibus. d. c. 17. nu. 126.

13 Clericorũ coloni gabellas ſoluunt ex parte fructuũ, quæ ad illos pertinet: obliganturq; ad illa onera realia, vel perſonalia, per quę clerici non grauantur.

tur. d. cap. 17. num. 128.

Clerico dignitatis nomine vaſallo conceditur annus, & menſis ad petendam inueſtituram poſt mortem prædeceſſoris: & ſi infra hoc tempus non petierit feudo priuatur vſq; ad mortem. 2. 2. lib. 2. c. 10. num. 72.

Clericos in minoribus cõſtitutos ob negotiationem vel mercaturam non peccare mortaliter etſi quidã doceat, tamen in rigore veritas eſt in contrarium. d. l. 2. c. 5. nu. 155.

Clericorũ bonis per illicitam negotiationem acquiſitis camera Apoſtolica ſuccedit. d. c. 5. nu. 156.

Clericum percutiens inuincibiliter credens illum

eſſe

eſſe laicum, excommunicationem nõ incurrit. 1. p. l. 5. c. 7. nu. 3.

18 Clericum intendens percutere, & ex errore percutiens laicum in excommunicationem non incurrit. d. c. 7. nu. 4.

19 Clericos tres vno impetu, vnoq; ictu percutiens, vná tantum excommunicationem contrahit, d. l. 5. c. 18. nu. 6.

20 Clericum veneno necans incidit in canonem. d. l. 5. c. 14. nu. 11.

21 Clerici impuberes ſe adinuicem percutientes ab eis abſolui poſſunt, qui habent auctoritatem abſoluendi à cenſuris nemini reſeruatis. 3. p. lib. 1. cap. 7. num. 10.

22 Cle-

Clericus ordinatus à non ſuo epiſcopo, & ſine litteris commendatitijs ſuſpenſus eſt a ſuſceptorum ordinum executione quandiu proprio ordinario videbitur. 3. p. lib. 3. cap. 10. num. 29.

Clericus, qui deliquit ante clericatum, puniendus eſt quò ad perſonam à iudice eccleſiaſtico, etiam ſi ordinatus ſit in fraudem, & à non ſuo epiſcopo, & conſtitutus in irregularitate. d. l. 3. c. 10. nu. 29. & 30. Sed quò ad confiſcationem bonorum, pœnamq; pecuniariam punitur a iudice ſeculari, vt in num. 31. Et prædicta procedunt etiam quò ad obligationem ex contractu prouenientem,

vt

vt in nu. 31. Niſi iudicium iam inſtitutum ſit coram iudice laico ante cleri tatú; nam tunc ibi cauſa eſt proſequenda, ſed ſententia eſt executioni mandanda per eccleſiaſticum, vt in nu. 38.

24 Clericus a iudice ſæculari iudicari ciuiliter quò ad cauſam, non autem criminaliter quò ad perſonam poteſt in cauſa reconuentionis. d. c. 10. num. 36. ſed extra caſum reconuentionis nequaquam, vt iu num. 37.

25 Clericorum coniugatorú bona priuilegio fori non gaudent. d. c. 10. num. 40. ſed tantum canonis, & fori vt in nu. 11. nu. 34.

26 Clericus cum licentia ſui prælati a laicis capi poteſt

etiam

etiam non inuentus in fragranti crimine, ad hoc vt ab eccleſiaſtico ſuo iudice puniatur. d. lib. 3. cap. 11. num. 6.

27 Clericũ delinquentẽ capiẽtes laici, qui nõ sũt miniſtri iuſtitiæ, bono zelo ducti, non incurrunt in excommunicationem, ſi illum ſtatim ducant ad ſuum prælatum. d. c. 11. nu. 8.

28 Clerici, & eccleſiaſtici omnes de iure diuino habent, vt in qualibet mundi parte habitare poſſint, & eccleſiaſtica officia exercere cum licentia, & litteris commendatitijs ſuorum ordinariorum. d. c. 11. nu. 14.

29 Clericus per ſentẽtiam depoſitus à iudice ſeculari puniri poteſt q̃uis degradatus

M non

non ſit, nec curiæ ſæculari traditus, ſi tamen poſt depoſitionem tanquam incorrigibilis excommunicatus ſit, & contumacia creſcẽte anathematis mucrone vulneratus. d.c. 11.nu.22.

30 Clericus delinquẽs cõtra miniſtros curiæ ſæcularis, vel coram illis, teneri ab eis non poteſt, vt ad ſuum iudicem remittatur, niſi captura ſit ſimpliciter neſſaria ad propriam defenſionem, vel ad impediendum malum. d. c. 11. nu. 25.

31 Clericus exercens aliquam prohibitam artem, ſi delinquat contra illam, à iudicibus illius artis puniri nõ poteſt, etiam ſi tantum in minoribus conſtitutus ſit, niſi à iudice eccleſiaſtico

ter

ter monitus ab artificio deſiſtere non curauerit. d. c. 11. nu. 26.

Clericus teſtificās falſum, vel præſentans falſam ſcripturam coram iudice laico ab ipſo laico iudice puniri non poteſt etiam in defectum iuſtitiæ eccleſiaſticę. d. c. 11. nu. 27.

Clericus à iudice ſæculari cogi non poteſt ad teſtificandum nec etiam in cauſa ciuili; ſi tamen de facto teſtimonium ferat, validum eſt. Nunquam tamen clericus cogi poteſt ad teſtificandum, niſi in defectum probationum, & à ſuo iudice eccleſiaſtico, vel cum licentia illius. d. cap. 11. num. 28.

Clerici, qui ſe ioculatores,

ſeu goliardos faciunt, aut bufones; ſi per annum artem illam ignominioſam exercuerint ipſo iure, ſi autem tempore breuiori, & tertio moniti non reſipiſcent, carent omni priuilegio clericali. Debetq; annus eſſe continuus; & diſpoſitio hæc locum habet etiam quò ad conſtitutos in ſacris, d. cap. 11. num. 29.

5 Clericus, qui dimiſit habitum & tonſuram & militaria arma aſſumpſit, ſi in ſacris ſit conſtitutus & tertio monitus clericorum veſtem, & tonſuram non aſſumat, priuilegium clericale perdit, & à iudice ſæculari ſine degradatione, puniri poteſt: ſi verò in mino-

noribus ſit conſtitutus, & beneficium non habet, eo ipſo quod hab tum, & tonſuram non defert, fori beneficium amittit. d. c. 11. nu 30. & 31.

5 Clerici, qui dimiſſo habitu clericali, erroribus ſe im miſcent, & in fragranti crimine in habitu laicali repe riuntur, puniri à iudicibus laicis nõ poſſunt, niſi trina monitione pręcedente clericalem veſtem, & tonſuram non aſſumpſerint. d. c. 11. nu. 21.

Clericos à laicis captos, & in carceribus eorum detẽptos eccleſiaſtici iudices re petere tenentur: & quamuis ipſi capti remiſſionem non petant, ex officio tamẽ ipſi iudices eccleſiaſtici

hoc facere debent, compellendo iudices ſæculares ad remiſſionem etiam per cenſuras eccleſiaſticas. vt in d. nu. 32. ſed hæc eorum obligatio ceſſat quò ad clericos Apoſtatas, ibi.

38 Clericus in minoribus cõſtitutus tranſiens ad ſecundas nuptias, vel ducẽs vxorem corruptam, fori priuilegium amittit. d. c. 11. num. 33.

39 Clerici in minoribus ordinibus conſtituti gaudent non ſolum priuilegio canonis, & fori etiam quò ad cauſas ciuiles, ſed omnium exemptionum alijs eccleſiaſticis conceſſarum, vt in 1. 2. l. 2. c. 7. q. 6 per totam, et in 3. p. d. l. 3. c. 11. nu. 34. & l. 4. c. 1. nu. 37.

0 Clerici delinquentes in Principē territorij à iudice ſæculari puniri non poſſunt. d. c. 11. nu. 35. Nec incidunt in commiſſum faciendo contra prohibitionem Principis. in nu. 36.

1 Clerici ab ordinarijs ex priuilegio exempti à ſęculari iudice puniri non poſſunt, ſed à ſolo Papa. ibi. num. 37.

2 Clericus parans alicui inſidias ineuitabiles occidi ab illo poteſt ſine pęna excommunicationis. d. 3. p. l. 4. c. 1. nu. 22.

3 Clericus turpiter inuẽtus cū vxore, matre, ſorore, vel filia propria, vel ſponſa de pręſenti percuti poteſt ſine pæna cenſuræ. d. c. 1. n. 26. & dicitur turpiter inuentus

tus, ſi inueniatur exercere turpes actus, vel ſolus cum ſola, vt in nu. 26.

44 Clerici in minoribus, qui cũ vnicis, & virginibus cõtrahunt, ſi tonſuram, & veſtem deferãt, clericalem, canonis priuilegium retinent. d. l. 4. c. 1. nu. 33.

45 Clerici coniugati carnificium, ſeu tabernariorũ officium exercentes, ſi ter moniti non deſiſtant, quamuis habitum, & tonſuram deferant, clericale tamen priuilegium amittunt. d. c. 1 nu. 34.

46 Clerici non coniugati exercentes negotiationem ſæcularem cuiuſuis generis, canonis priuilegium non amittunt, niſi ſimul veſtes clericales, & tonſuram nõ de-

deferant, & poſt trinam monitionem non deſiſtant ab illa, & aſſumant iſta. d. c. 1. nu. 34.
5 Clericus realiter degradatus, quamuis caracterem retineat, omni tamen clericali priuilegio priuatur. d. c. 1, nu. 35.
5 Clericus verbaliter ſolum depoſitus, percuti non poteſt ſine pæna excommunicationis. d. c. 1. nu. 36.
5 Clerici etiam illi, qui ſola prima tonſura ſunt inſigniti canonis priuilegio gaudent. d. c. 1. nu. 37.
5 Clericus habitum, & tonſuram non deferens, quamuis nulla monitio præmiſſa ſit, ſine pæna excommunicationis percuti poteſt, ſi bona fide credatur hoc eſſe
 lici-

licitum. d. c. 1. num. 37.

51 Clericalem ſtatũ etſi quis non canonicè ſuſcipiat, nihilominus gaudet priuilegio canonis. d. c. 1. nu. 38.

52 Clerici, & Religioſi non gaudent priuilegio immunitatis eccleſiaſticę, in d. 3. p. l. 4. c. 2. nu. 4.

53 Clericus committens ſimoniam excommunicationem incurrit, & deponendus eſt. d. l. 4. c. 5. nu. 69.

54 Clerici ſcienter, & ſponte participantes in diuinis cũ excommunicatis à Papa, eandem excommunicationem incurrunt, à qua ipſe Papa ſolus abſoluit. d. l. 4. c. 6. nu. 6.

55 Clerici, ſi vſurarij manifeſtis alienigenis in terris ſuis habitare permittant,

domos locent, vel conce-
dant ad vſurãs exercendas.
excommunicationem in-
currunt. d.c.6. num. 57.
excipiuntur tamen epiſco-
pi, vt ibi.

6 Clericus relaxans comam anathema eſt. d. cap. 6. num. 106.

7 Clericus perducens clericum ad ſęcularem iudicem excommunicatus eſt. d.c. 6. nu. 115.

8 Clerici non ſe opponentes vſurpantibus cuſtodiam vacantium eccleſiarum ſuſpē ſionis pæna puniuntur. d. 3. p. l. 5. c. 4. nu. 11.

9 Clericus vltramontanus ordinatus ab epiſcopo Italiæ ſine requiſitis in c. 1. de temporibus ordi: ipſo iure ſuſpenſus eſt, & à ſolo Papa

abſoluendus. Sed hanc ſuſpenſionẽ non incurrit clericus Italus ſi ordinaretur ab epiſcopo vltramõtano, quamuis ab illo nec ipſe ordinari poſſit ſine commẽdatitijs litteris proprij epiſcopi, alioquin ordinans a collatione ordinũ per annum, & ordinatus a ſuſceptorum ordinum executione quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, ſuſpenſus erit. d. c. 4. n. 15.
60 Clericus vltramontanus, qui domicilium ſuum in Italiam tranſtalit, ordinari poteſt ab epiſcopo Italię ſine requiſitis in cap. 1. de temporib. ordinat. d. c. 4. num. 16.
61 Clericus vltramontanus, qui in Italia obtinuit beneficium

ficium eccleſiaſticum in titulum temporalem ordinari poteſt ab epiſcopo illius diæceſis, vbi illud obtinuit, vel ab alio cum commendatitijs litteris illius. c. 4. nu. 17.

62 Clerici beneficiati, quicũq; illi ſint, qui extra caſum neceſſitatis vtuntur publicè veſte virgata varijs coloribus, vel partita varijs ſericis texturis, ſuſpenduntur a perceptione fructuum quorumcunq; beneficiorũ per ſex menſes: d. cap. 4. num. 57.

63 Clerici non beneficiati, ſed in ſacris ordinibus, præter ſacerdotium conſtitutis, qui prædicta veſte publicè vtuntur per idem tempus ſcil. per ſex menſes reddun-

tur

tur inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia obtinenda, & idem de alijs ſtatuitur. in d. nu. 57.

64 Clerici vtentes epithorgio, ſeu tabardo foderato vſq; ad oram, & ita breui vt veſtis inferior notabiliter videatur, epithorgium ipſum infra menſem pauperibus dare tenentur, alioquin ſuſpenſionis & inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus incurrunt. in d. nu. 57.

65 Clericis interdictis, ſeu interdicto clero, cenſentur etiam interdicti omnes religioſi vtriuſq; ſexus, quamuis ſint conuerſi. d. 3. p. l. 6. c. 1. nu. 85.

66 Clerici interdicti nequeunt vnquam publicè diuina

na celebrare tempore interdicti, & celebrantes irregulares fiunt. d. l. 6. c. 2. num. 9.

7 Clerici quicunq; interdicti ſuperpellicio non vtantur dũ cantant in choro, vel ſacerdoti celebranti in loco interdicto miniſtrant. d. lib. 6. c. 3. nu. 16.

8 Clerici etſi à pæna irregularitatis ſint immunes, ſi ipſi interdicti, vel in loco intendicito non ſe ingerant diuinis ſicut prius, ſed tanquam laici, beneficijs tamen eccleſiaſticis ſunt ſpoliandi. d, c. 3. nu. 17.

9 Clarici coram interdictis celebrantes, vel celebrari facientes quæcunq; diuina officia, vel admittentes ad illa, aut ad eccleſiaſtica ſacra-

cramenta, vel ad ſepultu-
ram eccleſiaſticam excom-
municatos, vel interdictos
publicè, irregularitatem nõ
contrahunt, ſed peccant;
& pœnam interdicti ab in-
greſſu Eccleſiæ incurrunt
donec ſatisfaciant ad arbi-
trium eius, cuius ſententiã
contempſerunt, dummo-
do ſint exempti à iuriſdi-
ctione ordinarij. d.l.6.c.3.
nu. 22. & 23.

70 Clericus habens iuriſdi-
ctionem temporalem non
efficitur irregularis ob ſen-
tentiam mortis, & execu-
tioni demandata ab eius de
legato. d. 3. p. l. 7. cap. 1.
nu. 43. Nec efficitur irre-
gularis clericus, ſi pro tuẽ-
dis eccleſiæ rebus ad auxi-
lium brachij ſecularis cõ-
fu-

fugiat, & præter intentionem mors ſequatur. Nec ſi in bello iuſto ad victoriam generalem adhortetur. d. c. 1. nu. 49.

Clericus Regularis.

Clerici Regulares poſſunt ſibi donata ad aliquẽ vſum, cui repugnant eorum cõſtitutiones, ad alium vſum proximiorẽ fini, pro quo fuerunt donata, conuertere cum conſenſu Diæceſani, etiam contradicente donatore. 2. 2. l. 1. cap. 11. nu. 39. & 43.

Clerici Regulares vigore concilij Tridentini immobilia bona poſſidere poſſũt ſed ita voluntariè nõ poſſident. d. c. 11. nu. 40.

3 Cle-

3 Clerici Regulares ex priui-uilegio requirere non tenentur, nec recipere iuſtè eiectos. d. l. 2. c. 27. nu. 7.

Coitus.

1 Coitus damnatus dicitur viri, & feminę congreſſus, qui pæna aliqua ab humana lege multatur. 1. 2. l. 2. c. 8. nu. 16.

2 Coitus ab humana lege dānati, & puniti hi ſunt: ſi mulier nupta cum viro nō ſuo ſe commiſceat, vel etiā non nupta ſi cum marito alterius: ſi ſponſa cum nō ſuo ſponſo ſe carnaliter cō iungat: ſi conſanguinea vel affinis proſtituat ſe conſanguineo, vel affini: ſi virgo Deo ſacrata cognaſcatur

car-

carnaliter à quocunq; viro: ſi mulier quæcunq; cognoſcatur à viro ſolemni voto ligato: ſi concubina ab eo qui in ſuo concubinatu nō manet: ſi virgo defloretur à non ſuo ſponſo. & idem eſt de vidua honeſtæ conditionis: ſi hera cum proprio ſeruo. d. c. 8. nu. 18.

Collecta.

Collecta à ſolis ciuilibus, qui ſubditi ſunt, ſoluenda eſt, pauperibus, qui dietim pro victu laborant exceptis, niſi collectæ fiant pro emenda re omnibus neceſſaria, vt frumentum. r. 2. l. 2. c. 17. nu. 77.

Collectas in caſu neceſſitatis omnes Ciuitates, Caſtra,

ſtia, & Villæ imponere, & exigere poſſunt, dummodo exigantur à ſolis ciuibus, & incolis, qui patrimonium habent: & pro rata patrimonij: & imponantur per adunantium, & cõſilium, totius populi. d. c. 17. nu. 35.

3 Collectam de iure ſoluere non tenentur Doctores legum Medici. Gramatici, & alij profeſſores litterarum exceptis Poetis: ſed ſecus eſt de cõſuetudine, ſecũdũ quam omnes prædicti illã ſoluunt. d, c. 17. nu. 78.

4 Collectam non ſoluunt Decuriones, qui duodecim filios habent: nec reliqui parentes, quicunq; illi ſint, qui habent ſexdecim filios. d. c. 17. nu. 79. Sed vno ex

filijs

ilijs deficiente, ipſa immu-
itas ceſſat, niſi ex filio
nortuo ſuperſint nepotes,
qui ſuccedunt in locum pa
ris, vel matris, & auo
rosunt; & licet plures ſint
ro vno computantur. in
um. 80.
ollectam non ſolunt cle-
ici, eccleſiæ, & eccleſia-
tici. d. c. 17. nu. 81.

ollegia, & confraternitates.

ollegia, & confraterni-
ates, quarum maior pars
aici ſunt, fori priuilegio
on gaudent, ſed corā Iu-
ice laico conueniri debēt
iſi cauſa ſit ſpiritualis, vel
ccleſiaſtica, vt pro ſepul-
ris, pro ceremonijs ec-
leſiaſticis, pro preceden-
tia,

Digitized by Google

tia, in proceſſionibus, & pro ſimilibus. 3. p. l. 3. c. 10. nu. 46.

2 Collegia, & confraternitates laicorum, quæ habent adminiſtrationem alicuis rei eccleſiaſticæ, vt puta bona pijs vſibus applicanda, pro huiuſmodi bonis coram iudice eccleſiaſtico ſunt conueniendi, ſi habent eccleſiam, & oratorium auctoritate Epiſcopi ad celebrandum deputatum, ac campanam erectam. d. c. 10. nu. 47.

Commodatum.

1 Commodatum eſt contractus in quo res aliqua ad certum vſum intempeſtiuè non reuocandum gratis con-

Digitized by Google

conceditur. 2. 2. lib. 2. c.
2 nu. 1.
Commodatũ ex natura ſua
ria requirit vt ſit verum
commodatum. Primum vt
es, quæ conceditur ad cer
um, & expreſſum vſum
olummodo concedatur cũ
acita vel expreſſa tempo-
is limitatione. Secundum,
t res commodata ante prę
initum tẽpus reuocari nõ
oſſit. Tertium vt conce-
latur gratis. d. c. 12. nu. 6.
Commodatum duas actio-
es parit vnam directam,
liam contrariam. Directa
latur commodanti, & eius
eredibus contra commo-
latarium, & eius heredes
d reſtitutionem rei com-
nodatę finito vſu, & ad
eſtimationem, ſi res non
ex-

extaret. Contraria datur commodatario ad repetendas magnas expenſas in re commodata factas, & ad æſtimationem damni, ſi dominus rem vitioſam commodauit. d. c. 12. nu. 6.

4 Commodatum obligat cõmodatarium Primò ad cibaria, ſi illis indiget res cõmodata. Secundò ad omnes alias impenſas, quæ circa rem commodatam ſunt neceſſariæ, ſi magnæ non ſint. Tertiò ad cuſtodiam, niſi ſit homo commodatus, quia tunc de cuſtodia non tenetur, niſi ex pacto, vel niſi ſit commodatus homo vinctus, vel niſi ætas cuſtodia indigeat. Quartò ad ſumptus litis pro illa repetenda faciendis, quando fuit

fuit commodata vt daretur in pignus. Quinto vt vtatur re commodata ad ſolū vſum expreſſum. Sexto vt finito tempore commodatum reſtituat. d. c. 12. nu. 7. Et ſi eſſet facta deterior ex culpa commodatarij teneatur ad intereſſe, etiam ſi leuiſſima fuerit culpa, ſi contractus in gratia tantum ipſius commodatarij celebratus ſit: ſed ſi ex caſu fortuito deterior effecta ſit, non teneatur ad intereſſe, niſi ex pacto ita actum ſit, aut quando fuit in mora reſtituendi, vel vſus eſt ad alium vſum; & quando non adhibuit diligentiam, quam adhibuiſſet in rebus proprijs. Si verò res ſit commodata in gra-

tiam concedentis tantum, tunc nõ teneatur commodatarius niſi de dolo, & lata culpa, vt in d. c. 12. nu. 8.

5 Commodatam rem per nũcium remittens commodatarius, ſi res deterior efficiatur, aut pereat, cõmodatario deterior fit, aut perit, ſi ipſe nuncium elegit; ſi verò nuncium elegit dominus, ipſius periculo res deterior fit, aut perit. d. c. 12. nu. 9.

6 Commodatum cum pupillo ſine tutoris auctoritate contractum non tenet, ita vt nec pubes factus de dolo & lata culpa teneatur, ſed in tantum tenetur, in quantum factus eſt locupletior. d. c. 12. & 11.

Com-

Communicatio.

Communicatio ſacramentalis, non præmiſſa confeſſione, ob infamiam, vel ſcandalum vitandum, licita eſt, 1. p. lib. 5. cap 5. num. 6. & 7.

Communicatio cũ Iudæis, Paganis, vel Maumethanis non eſt licita. 1. 2. l. 2. c. 7. num 52.

Cõmunicatio cum fidelibus eſt excommunicatis interdicta quò ad quindecim, quorum alij ad ſpiritualem primariò, & per ſe, alij ſecundario, alij verò ad tẽporalem, & politicam participationẽ pertinent. 3. p. l. 2. c. 2. nu. 1. & 2.

Communicatio cum ex-

Digitized by Google

communicatis in diuinis officijs, quæ publicè recitantur, eſt mortalis. d.c.2. nu. 50. ſed quò ad recitationem priuatam eſt venialis. in nu. 53.

5 Communicatio quæcunq; cum excommunicatis habet annexam pœnam excommunicationis minoris d. 3. p. l. 4. c. 6. num. 116. Sed ſi ſint clerici, & communicant ſcienter, & ſponte in diuinis cum excommunicatis à Papa eandem incurrunt excõmunicationem, & a ſolo Papa abſoluuntur, vt ſupra ver. clericus. nu. 54.

Compenſatio.

1 **Compenſatio in ſoro conſcien-**

ſcientiæ etiam quò ad depoſitum fieri poteſt. 2. 2. l. 2. c. 1. nu. 44. & facere illã poteſt qui ſine ſcãdalo rem ſuam recuperare non valet. d. c. 1. nu. 55.

Concionatores.

1 Concionatores prædicantes miracula falſa, vel incerta, vel prophetias, quæ non continentur in ſacra ſcriptura, aut qui audent epiſcopis, vel ſuperioribus detrahere, excommunicantur in concil. Lateranenſi, Multi tamen affirmant cenſuras illius concilij non fuiſſe receptas. 3. p. l. 4. c. 6. nu. 96.

2 Concionatores aſſerentes

B. Virginem fuiſſe conce-
ptam in peccato originali
ſunt excommunicati. d. c
6. nu. 132.
3 Concionatores ſuſpenſi ab
officio, ſi cōcionem habeā
ſine ſolemnitate, non ef-
ficiuntur irregulares; pec-
cāt tamē mortaliter, & ex-
communicatione ligantur
d. 3. l. 5. c. 2. nu. 4.
4 Concionatoris officium nō
pertinet ad actū ordininis,
ſed iuriſdictionis, ibi.

Concubina.

1 Concubina eſt illa, quæ cū
vxor non ſit, cum eo tamē
corpus miſcet, in cuius
domo ſine nuptijs manet.
1. 2 l. 2. c. 7. nu. 20.
2 Concubina vt aliqua mu-
lier

lier dicatur, & comprehendatur ſub lege loquente de concubinis quinque requiruntur Primum publica cohabitatio in eadē domo in ſchemate concubinę. Secundum, vt ſit vnica. Tertium, vt eſſe poſſit vxor. Quartum, vt obſcuro loco non ſit nata, corpore quæſtum non fecerit, & à principio pręceſſerit proteſtatio quòd velit eam in concubinam habere. Quintum vt non fuerit vidua, nec virgo. in d. n. 20.

3 Concubinam filij, ſi pater carnaliter cognouit à filio exheredari poteſt. d. c. 7. num. 13, Niſi prius eadem mulier fuiſſet concubina patris. in d. nu. 20.

Conditio,

1 Conditio eſt lex appoſita hominum actibus eos ſuſpendés. 1.2.l.2.c.31. n.42. Vel eſt adiectio futuri euétus, in quam diſpoſitio ſuſpéditur. 2.2.l.2.c.11.n.3 Et denotat relatiuum futuro tempori adiunctum. in 1.p.lib.6.cap.4. num. 3. Vnde impropriè loquuntur leges quando ea quæ de præterito aut de præſenti eſt cõdicionem appellant. d.c. 11. nu.43.

2 Conditio legibus contraria, ſi legato adiecta ſit, pro non adiecta habetur. 1.2. l.2.c.19. nu.18.

3 Conditiones cõfeſſioni ſimpliciter neceſſariẹ quatuor ſunt,

ſunt, ſcilicet, *Lacrimabilis*, *Fidelis*, *Obediens*, *&* *Integra*. 1. p. l. 5. c. 7. nu. 1.

4 Conditio vt confeſſio ſit *Lacrimabilis* ideo eſt neceſſaria ſimpliciter, quia per ly *Lacrimabilis* intelligitur contritio, vel ſaltem attritio. d. c. 7. nu. 2.

5 Conditio vt confeſſio ſit *Fidelis* ideo eſt neceſſaria ſimpliciter, quia ly *Fidelis* intelligitur vt fiat ſine mendacio. d. c. 7. nu. 3.

5 Conditio, vt confeſſio ſit *Obediens* ideo eſt ſimpliciter neceſſaria, quia intelligitur de acceptandis pænitentijs, & alijs faciendis, quæ confeſſarius iuſtè iniungit. d. c. 7. nu. 12.

7 Conditio habetur pro impleta quando non ſtat per

eum, qui implere debet, quin impleatur, d. 1. p. l. 5. c. 16. nu. 15.

8 Conditio triplex, ſcilicet, poteſtatiua, cauſalis, & mixta. Poteſtatiua eſt illa, quæ ex alterius voluntate dependit, & de facili impleri poteſt. Caſualis eſt illa, quæ a ſolo caſu dependet. Et mixta eſt alia, qua partim ex aliena voluntate, partim à caſù dependet, 2. 2. l. 2. c. 11. nu. 43.

Conductio, & conductor.

1 Conductio eſt contractus per quem quis alienam ré vtendam fruendam accipit ad tempus non longum, ſi res immobilis eſſet ſoluta mercede. 2. 2. lib. 2. c. 8. nu. 1. 2. & 3.

2 Con-

Conductor non eſt vſufructuarius, ſed aliud habet ius proprium. d. cap. 8. num. 4.

Conducere rem propriã nemo poteſt, niſi ab alio poſſideatur. d. c. 8. nu. 5.

4 Conductor non tenetur ſoluere pẽſionẽ, niſi pro rata temporis, quo vti poteſt, ſi impediatur illi vſus rei locatæ in quatuor caſibus, ſcilicet Primò ſi impediatur reſpectu peſtis, aut aeris corrupti. Secundo, ſi recedat à domo propter metũ malorum ſpirituum. Tertio ſi recedat, quia minatur ruinam. Quarto ſi famulus ob infirmitatem ſeruire non potuit. d. cap. 8. nu. 16.

5 Conductæ rei mercedem

ſoluere non tenetur conductor, ſi res conducta notabiliter incommoda reddetur. d. c. 8. nu. 18.

6 Conductam rem, ſine iuſta cauſa ante tempus deſerēs ex conducto ad integram penſionem conueniri poteſt. d. c. 8. nu. 19.

7 Conductor qui, ob caſum in ſua perſona contingentem, re conducta vti non potuit, ad ſolutionem mercedis obligatur: niſi locator ab alio conductore tantumdem acceperit. d.c. 8. num. 20.

8 Conductor ad annum, vel ad biennium expelli poteſt, ſi debito tēpore mercedem non ſoluat: Sed cōductor vltra biennium minime, niſi per bienniū non ſol-

ſoluat, d. c. 8. nu. 22. Secundus autem conductor, ſi ipſe ſuo tempore penſionem ſoluat primo conductori, expelli à domino nō poteſt, quamuis primus cō ductor domino nequaquā. in nu. 24.

9 Conductor expelli poteſt, ſi in re conducta male verſatus eſt, & dolo, lata, aut leui culpa ipſius damnificata ſit, d. 2. 2. l. 2, c. 8. nu. 27. Item ſi conduxerit rem infra dimidium iuſtæ penſionis, in nu. 30.

10 Conductor in re conducta pluribus modis malè verſatur Primo damnū dādo. Secundò grauamen inducendo. Tertiò ea omittēdo, quæ cōſuetū eſt facere conductores. d. c. 8. nu. 28.

11 con-

11 Conductor tempore debito penſionem ſoluere obligatur. d. c. 8. num. 33. Et ex natura contractus quò ad rem conductam tenetur de dolo, & leui culpa, non autem de leuiſſima, niſi cuſtodiam promiſiſſet, vt in num. 36. Nec tenetur de caſu fortuito, vt in nu. 39.

12 Conductor rem conductã alteri etſi locare poſſit, tamen ſecundus conductor primo locatori non obligatur niſi per accidens reſpectu rerum inuectarum, & penſionis non ſolutæ. d. c. 8. num. 35. Et in caſu moræ tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis. vt in nu. 49.

13 Conductor rem cõductã, finito tempore, non reſtituens,

tuens, tenetur ad ſimilitudinem inuaſoris, niſi rem retineat pro expenſis factis. d. c. 8. nu. 41.

14 Cōducere nō poſſunt laici obuentiones omnes alicuius eccleſiæ. 2. 2. l. 2. c. 5. nu. 158. niſi magna inſtaret eccleſiæ neceſſitas, in nu. 159. vel niſi obuentiones omnes eſſent merè tēporales. in nu. 160.

Confeſſarius.

1 Confeſſarius eſt ſacerdos à Chriſto Domino cum iudiciaria poteſtate cōſtitutus ad ligandum, & ſoluendū à peccatis eos, qui coram ſe, ea quæ ipſi poſt baptiſmū cōmiſerunt, legitimè cōfitentur. 1. p. l. 1. c. 1. n. 1.

2 con-

2 Confeſſario quinq; ſunt neceſaria ad munus ſuum exercendum. ſcil. ſcientia. vitæ bonitas, poteſtas, approbatio, & ſigillum, d.c. 1. num. 2.
3 Confeſſarius remedia pęnitenti neceſſaria ſtatim adhibere debet, ne obliuiſcatur hoc facere, ſi differat vſq; ad finem confeſſionis. d.c. 1. nu. 6. Et in decernenda reſtitutione quæ facienda eſt ab homicida pro lucro ceſſante, aut damno emergente conſideret, an hęc ſint certa, vel incerta, vt in 1. 2. l. 3. c. 2. nu. 3.
4 Confeſſarius admirationis, & abominationis ſigna pro auditis peccatis nō oſtendat. ſed cum charitate pænitentem admoneat. d. 1.

d. 1. p. lib. 1. cap. 1. nu. 7.
5 Confeſſarius, qui abſoluto, & dimiſſo pænitēte cognoſcit eũ illegitimè abſoluiſſe, illũ admonere tenetur, quando commodè & ſine graui ſcandalo pęnitentis, & graui damno vtriuſq; facere hoc valet: obtenta tamen prius facultate hoc faciendi ab ipſo pænitente. d. l. 1. c. 3. nu. 13.
6 Confeſſarius in ipſo actu confeſſionis dupliciter peccare poteſt, ſcil. vel circa ea, quæ pertinent, ad ipſius actus ſubſtantiam; vel circa ea, quæ ad actus ſubſtantiam non pertinent, ſed ad illa ex officio obligatur, quæ ſunt quinq; videl. cõdignam ſatisfactionem imponere: pænitentem admonere,

nere, proximam, ſi quam habet occaſionem peccandi, eſſe fuggiendam: famę: & rei alienæ reſtitutionem præcipere: obligare ad denuncianda iudicialiter crimina, quæ de iure, aut ex præcepto ſuperioris denũcianda ſunt: non ſcandalizare pænitentem inducendo illum ad mortale in actu confeſſionis. d. 1. p. c. 5. à nu. 2. vſq; ad 32.

7 Confeſſarius in duobus caſibus peccat mortaliter cõtra iuſtitiam, & reſtituere obligatur. Primò quando fuit in cauſa, vt pænitens reſtitueret ea, quę reſtituere non tenebatur. Secundò quãdo fuit in cauſa vt reſtitutio quę erat facienda vni, fiat alteri. d. c. 5. nu. 5.

8 con-

8 Confeſſarius in actu confeſſionis inducens pænitentes ad quæcunq; peccata, contra proprium officium delinquit, & iudicio Inquiſitoris ſubijcitur. d. c. 5. n. 32. *Eſtq; ſtatim ipſi Inquiſitorë denunciandus, iuxta determinationem Bullæ Papæ Greg. XV quæ omnino erit à confeſſarijs legenda, & obſeruanda occurrente caſu.*

9 Confeſſarius fornicationẽ committens cum ea, cuius confeſſionem audierat, ceſſante ſollicitatione in actu confeſſionis, vel illi proximo, aut in loco confeſſionis, quamuis ſacrilegus, & inceſtuoſus etiam dici poſſit, iudicio tamen Inquiſitoris non ſubijcitur. d. c. 5, num. 33.

10 Confeſſarius etſi de rigore audire valeat confeſſionem illius, cum qua fuerat fornicatus, & validè illam abſoluat, de conſilio tamen admittere illam non debet. Et idem eſt quò ad confeſſiones conſanguinearum. d. c. 5. nu. 34.

11 Confeſſarij electionem ex ſacerdotibus a ſe non approbatis epiſcopus ſuis ſubditis concedere nõ poteſt, niſi peregrè proficiſcentibus. d. l. 1. c. 15. nu. 3.

12 Confeſſarij inuigilent in admonendis pęnitentibus quàm neceſſarium eis ſit ad remiſſionem peccatorum obtinendam, formale propoſitum non peccandi. d. 1. p. l. 2. c. 6. nu. 6.

13 Confeſſarij copiam non ha-

habere quis cenſendus eſt in quatuor caſibus ad hoc vt licitè poſſit ad cõmunionem accedere non præmiſſa confeſſione, ſed cum ſola contritione, quamuis habeat conſcientia peccati mortalis. Et Primus eſt, ſi vrgeret articulus mortis, & tãtum adeſſet Diaconus. Secundus ſi vrgeret Parocho neceſſitas celebrandi ob diem feſtum, vel ob neceſſitatem communicandi morientem, & alius non adeſſet ſacerdos. Tertius ob euitandam infamiam. Quartus ob vitandum ſcãdalum. d. 1. lib. 5. cap. 5. nu. 4. 5. 6. & 7.

Confeſſarij copiam in quatuor caſibus quis non habere cenſendus eſt vt excuſe-

cuſetur à præcepto confeſſionis. Et Primus eſt quãd ita confeſſarius abeſt, vt a eum pænitens ſine maxim difficultate peruenire non poſſit. Secundus quãdo pę nitentis linguam non in telligit, nec ſignis peccat aperire valet. Tertius quã do ſine nota, & ſcandal confiteri non poteſt. Quar tus quando ſine morali pe riculo infamiæ, aut alte rius grauis damni confite ri non valet. d. lib. 1. c. 6 nu. 2. 3. 8. & 9.

Confeſſio.

1 Confeſſio eſt ſacramentali propriorum peccatorum accuſatio coram legitim ſacerdote facta, ad illorum ve-

veniam virtute clauium obtinendam. 1. p. l. 5. c. 1. num. 1. Eſtq; ſecunda pars eſſentialis ſacramenti pænitentię. ibi. & omnibus ad ſalutem eſt neceſſaria, ſuppoſito peccato mortali poſt baptiſmum commiſſo ibi. in nu. 2.

Confeſſionis obligatio ex tribus capitibus oriri poteſt, Primò à iure Diuino. Secundò à iure poſitiuo. Tertió per accidens. d. l. 5. c. 2. nu. 1. De iure Diuino obligat in articulo mortis, & in ingreſſu probabilis periculi illius. d. c. 2. n. 2. & 4. De iure poſitiuo obligat omnes fideles ſemel in anno, vt in d. l. 5. cap. 3. ſcilicet cum ad annos diſcretionis peruenerint, vt in nu.

nu. 5. ſacerdotes, qui aliquo mortali ligatos neceſſitate vrgente celebrarunt, quam primum poſſunt. d. lib. 5. cap. 4. num. 1. & 2. Monachos nigros & moniales eiuſdem ordinis ſingulis menſibus. d.c. 4. nu. 5. & 7. Per accidens obligat quoties quis eſt in mortali, & euchariſtiā recipere vult, d. l. 5. c. 5. num. 1. quoties tenetur quis habere contritionem, & illam habere non poſſe cognoſcit, vel dubitat. d. c. 5. num. 13. quoties ex rationabili cauſa in confeſſione peccatum mortale omiſit, & offertur occaſio confitendi. d. c. 5. nu. 14 quoties infra annum pręceptum confeſſionis nō adimpleuit. in nu. 15.

3 con-

3 Confeſſionis pręceptum nō ita obligat, vt teneatur qs à terris infidelium recedere, vt confiteri poſſit, ſi grauibus negotijs ibi teneatur. d. l 5. c. 2. nu. 5.

4 Confeſſionis præceptū obligat ad anticipationē temporis eum, qui ſcit ſe in articulo mortis non poſſe habere aliam copiam cofeſſarij quàm ſchiſmatici, vel hęretici. d. c. 2. nu. 6.

5 Confeſſionis pręcepto quatenus à Diuino iure procedit etiam Papa tenetur. d. c. 2. nu. 7. nec quò ad illud diſpenſare poteſt. d. c. 2. nu. 8.

6 Confeſſionis annuæ præcepto eccleſia obligare fideles potuit; nihilq; per illud addidit, niſi temporis de-

O ter-

terminationem. d.l 5, c.3.
num. 1.

7 Confeſſionis eccleſiaſticum præceptum ſemel tantum in anno obligat. d. l. 5. c.3. nu. 2. & tempore quadrageſimæ eſt adimplendum. in nu. 3.

8 Confeſſionis annuum præceptum non obligat eum, qui in quadrageſima confeſſus eſt, etſi ante finem quadrageſimæ iterum mortaliter peccaret. d. cap. 3. num. 4.

9 Confeſſionis annuæ præcepto etſi ſummus Pontifex non obligetur etiam ſi in p. m. exiſtat, tenetur tamen ex vi directiua ſemel in anno confiteri. d. c. 3. num. 7.

10 Confeſſionis annuę pręce-

ceptum quò ad venialia nõ obligat; ſed qui illa ſolummodo habent tenẽtur proprio ſe pręſentare ſacerdoti, eiq; conſcientiæ ſtatum propalare. d. c. 3. nu. 8.

11 Confeſſionis annuo præcepto non ſatisfacit, qui cõfitetur peccata præterita, abſq; propoſito vitendi futura. d.c. 3. nu. 10.

12 Confeſſionis annuo pręcepto qui ſatisfecit, & inculpabiliter aliquod p. m. oblitus eſt, ex vi huius pręcepti peccatum illud confiteri non obligatur ante finem anni, quamuis illi memorię occurrat. d. c. 3. nu. 11.

13 Confeſſionis annuũ pręceptũ anticipare tenet̃ ille q̃ ſcit ĩ quadrageſima nõ poſſe hoc facere. d.c. 3. nu. 12.

O 2 14 con-

14 Confeſſionis annuum præceptum, tranſacto anno, obligat eum, qui infra annum illud non impleuit: per accidens tamẽ tenetur ille etiam tranſacto anno confiteri d.c.3.nu. 13.

15 Confeſſionem non pręmittens, qui habet conſcientiam peccati mortalis, & eucharistiæ ſacramentum ſumit, vnum tantum peccatũ mortale committit. d. l. 5. c. 5. nu. 3.

16 Confeſſionis præcepto obligantur fideles priuſquam recipiant ſacramentum euchariſtię, non autem priuſquam recipiant alia ſacramenta, niſi per accidens; quatenus ſcil. cognoſcunt, aut dubitant nõ poſſe pręmittere actum verę contritio-

tionis; tunc enim per accidens ad confeſſionem obligantur, vt ex actriti efficiantur contriti. d. cap. 5. num. 9.

17 Confeſſionem per interpretem nemo facere tenetur, niſi in caſibus, in quibus ad contritionem obligatur, & illam ex proprijs actibus concipere non poſſe credit, vel dubitat. d. l. 5. c. 6. nu. 4.

18 Confeſſionẽ facere obligatur ſignis, qui voce nõ poteſt, ſi præceptum confeſſionis vrgeat, & peccata ſua ſignis manifeſtare valeat. d. c. 6. nu. 5. vel per ſcripturã confeſſario præſenti, & legenti, non autẽ abſenti, ſi hoc modo cõfiteri poteſt. in nu. 6.

19 Confeſſio iteranda neceſſariò non eſt quò ad peccata ſemel legitimè confeſſa, & abſoluta: nec lex humana abſq; pęnitentis conſenſu ad eam obligare poteſt. d. l. 5. c. 19. num. 1. poteſt tamen Papa illam iniungere ad finem lucrandi aliquã indulgentiam .. in nu. 2.

20 Confeſſio iteranda eſt quoties pænitens in ipſo actu confeſſionis, & abſolutionis mortaliter peccat: niſi inculpabiliter non aduertat, vel ignoret illud peccatum eſſe mortale. d. c, 19. nu. 3.

21 Confeſſio nulla, & iteranda eſt ex parte ſolius pænitentis in ſex caſibus, & Primus eſt, ſi non accedat ad confeſſionem cum volun-

tate

tate confitendi peccata in hoc ſacramento, & obtinendi abſolutionem eorũ. Secundus, ſi non accedat cum contritione, aut ſaltē cum actritione vera, & ſupernaturali de omnibus peccatis, quæ confitetur, ſi non confiteatur integre ſaltem formaliter omnia mortalia, quorum conſcientiã habet. Quartus, ſi non accedat animo parendi mandatis confeſſarij. Quintus, ſi ipſe ignarus ſcienter, & voluntariè confitearur cõfeſſario adeo ignaro, vt neſciat mortalia diſcernere, Sextus, ſi ſcienter abſolutionem recipiat aliqua excommunicatio ligatus. d. c. 19. nu. 4. 5. 6. & 7.

22 Confeſſio nulla eſt, & iteran-

randa ex parte ſolius con-
feſſarij in quinq; caſibus.
Et primus eſt, quando qui
bona fide extra articulum
mortis confeſſus eſt ſacer-
doti non habenti poteſtatẽ
iuriſdictionis ordinariam,
aut delegatam . Secundus
quando confeſſarius in ab-
ſolutione nõ pronuntiauit
ſubſtantialia verba formæ,
vel ſi illa pronuntiauit, hoc
fecit ſine animo abſoluen-
di. Tertius quando confeſ-
ſarius abſoluit cum condi-
tione de futuro . Quartus,
ſi confeſſarius peccata non
audiuit , vel quia dormie-
bat , vel quia ſurdus erat,
aut ex alio accidenti , ſed
pænitens hoc non aduertit
niſi poſt datã abſolutionẽ.
Nam ſi aduertiſset prius, eſſet
con-

confeſſio nulla, & iteranda ex vtraq; parte. Quintus ſi cõfeſſarius erat excommunicatione maiori ligatus, & denuntiatus, aut publicus percurſſor clerici, & pęnitens bona fide confeſſus eſt extra mortis articulum. d. c. 19. nu. 8.

23 Confeſſio reiterãda ſſt etiã ſi valida fuerit abſolutio, & remiſſionem peccatorum, & gratiã contulerit in duobus caſibus Primus eſt, ſi quis cõfiteatur ſimplici ſacerdoti peccata mortalia, inuincibiliter tunc exiſtimata ab ipſis venialia; errore ſiquidem à pęnitenti cognito, reiteranda eſt illorum confeſſio coram cõfeſſario habente iuriſdictionem ſuper mortalia, quam-

uis indirectè, & per accidens verè abſoluta fuerint à ſimplici ſacerdote. Secûdus caſus eſt ſi inculpabiliter data ſit abſolutio reſeruatorum ab eo qui poteſtatem non habebat, d. c. 19. nu. 13.

24 Confeſſio reiteranda nôn eſt propter confeſſarij ſuſpenſionem niſi de côſilio. d. c. 19. nu. 9. nec propter interdictum, aut irregularitatem, vt in nu. 10. Nec facta iniuſtè excommunicato, quamuis ſecundum ordinem iuris ſententia lata ſit. vt in nu. 11.

25 Confeſſio facta ſacerdoti, qui communiter Parochus putabatur, reiteranda non eſt, quamuis ille verè Parochus non eſſet: reiteran-

da

da tamen eſſet, ſi ſacerdos nullum titulum nec bonũ, nec malũ habebat. d. c. 19. num. 12.

26 Confeſſio reiteranda non eſt ob nõ impletam ſatisfa- ctionem, niſi ſcienter in ipſo confeſſionis actu fuiſ- ſet contempta. d. cap. 19. num. 15.

27 Confeſſiones omnes reite- randæ ſunt ab eo, qui ani- maduertens nullitatẽ præ- teritæ alicuius confeſſio- nis, & obligationem reite- randi illam, reiterare nol- uit, & cum hac cognitio- ne pluries confeſſus eſt; nõ autem ſi inculpabiliter in alijs cõfefeſſionib. hoc nõ aduertit, ſed ſatis erit tunc reiterare primã cõfeſſionẽ nulliter factã. d. c. 19. n. 16.

28 Confeſſionis reiterãdæ obligationem quando pænitẽs habet, ſi confiteatur eidem ſacerdoti, à quo inualidè fuerat abſolutus ob defectum, ipſius ſacerdotis (ſuppoſita tunc eius poteſtate) ſi memoriã habeat ſtatus pęnitẽtis, cuius mortalia integrè audiuit, ſufficit abſolutionẽ repetere, ſed, ceſſante ſupradicta memoria, confeſſio omnino eſt etiam eidem ſacerdoti repetenda, prout repetenda omninò eſt quando fit alteri ſacerdoti, aut quando fuit nulla ex parte ipſius pænitentis. d. c. 29. nu. 17.
29 Confeſſionem reuelans ſacerdos non efficitur irregularis. 3. p. l. 7. c. 2. nu. 117. Nec etiam ſi in actu confeſſio-

feſſionis in caſu neceſſitatis ineuitabilis obliget Iudicē vt proponat damnare reū ad mortem : ſecus verò ſi extra confeſſionem, & extra prædictum caſum. d. l. 7. c. 1. nu. 42.

Confidentia ſimoniaca.

1 Confidentia in beneficijs ecclesiaſticis conferendis, vel renunciandis, vel faciendis nominationibus per patronos omnino eſt prohibita per Bullam Pij V. ſi tamen ex pacto expreſſo, vel tacito fiat, ſecus ſi in ſola intentione, nullo addito pacto, modo, vel conditione tacita, vel expreſſa. 3. p. l. 4. c, 5. nu. 53. Et collationes, acceſſus, penſiones

&

& alia quæcunq; quæ per confidentiam fiunt, nullæ ſunt, vt in c. 5. nu. 110.
2 Confidentia illa, quæ ſine pacto, modo, vel conditione committitur illicita, & ſimoniaca non eſt; ſine his enim ſimonia confidẽtialis non committitur, & à ſolo iure poſitiuo eſt prohibita, & punibilis, & tantum eſt mala quia prohibita. d. nu. 53.
3 Confidentia ſimoniaca committitur non ſolum in beneficiorum collatione, renunciatione, & nominatione, ſed etiã in permutatione, non autem in traſferẽdis penſionibus in confidẽtiam. d. c. 5. nu. 54.
4 Confidentia ſimoniaca cõmittititur ſuper omnibus bene-

beneficijs, cuiuſcunq; dignitatis, & qualitatis ſint, etiam ſi ſint manualia, & ad motum ſuperioris amouibilia. d. c. 5. nu. 55.

5 Confidentialis ſimonia pluribus modis committi poteſt in reſignationibus beneficiorum; fieriq; in fauorem alterius ideo non poſſunt niſi in manibus Papæ. d. c. 5. nu. 56. & 57.

6 Confidentia ſimoniaca ceſſat in beneficijs conferendis, vel reſignandis per ſcientiam, vel conſenſum Papæ. d. c. 5. nu. 58.

7 Confidentiam ſimoniacam non committit, imò nec ſimoniam mentalem qui reſignat beneficium in manibus inferioris prælati ea intentione vt conferatur ali-

alicui, ſi hoc faciat ſine vllo pacto expreſſo, vel tacito. d. c. 5. nu. 60.

8 Confidentia ſimoniaca cõmittitur per renunciationẽ beneficij quæ fit alicui cum promiſſione, vel ſolutione penſionis, aut cum reſeruatione fructuum. d. c. 5. num. 61.

9 Confidentiæ ſimoniacæ prohibitio per varias conſtitutiones obligat ad culpam mortalem. d. c. 5. nu. 63. Sed quò ad pænas obligat quò ad ſolam excommunicationem. in nu. 65. à qua ſolus Papa abſoluit excepto mortis articulo. d. c. 5. num. 113.

10 Confidentiam ſimoniacam qui commiſerunt in acquirendis beneficijs, tenentur

in

in foro conſcientię illa ſtatim ante ſententiam reſignare, & à ſolo Papa ſunt conferenda. d.c. 5. nu. 118. Reſtituereq; tenentur fructus perceptos, etiam ſi illos perceperint cum confidẽtia reſeruata, vt in n. 109. Priuantur etiam ipſo iure omnibus dignitatibus, beneficijs, officijs, & penſionibus eccleſiaſticis antea obtentis, & illorum collatio pertinet ad Papam, non tenentur tamen illa ante ſententiam reſignare in foro conſcientiæ. d. cap. 5. num. 111.

11 Confidentiam ſimoniacam committens in aliquo beneficio, vel officio eccleſiaſtico, redditur inhabilis ad illud, & ad cætera

ra omnia in poſterum obtinenda. d. c. 5. nu. 112.

Confirmationis Sacramentum.

1 Confirmationis Sacramentum publicè miniſtrare interdicti tẽpore permiſſum eſt. 3. p. l. 6. c. 2. nu. 23.

2 Confirmationis ſacramentũ omitti poteſt ſine mortali, ceſſante contemptu. d. c. 2. num. 67.

Confirmatio ſuperioris.

1 Confirmationis duæ ſunt ſpecies, vna quæ dicitur in forma communi, altera, quæ dicitur ex certa ſcientia. Confirmatio in forma communi eſt illa, quę fit conditionaliter, ſine cauſæ

ſæ cognitione, & expreſſione tenoris actus, qui cōfirmatur, vt ſi dicat confirmamus talem ſententiam, vt iuſtè latam, aut quid ſimile. Confirmatio ex certa ſcientia eſt illa, quæ purè fit præcisè exprimendo ſe confirmare ex certa ſciētia, & ex plenitudine poteſtatis, vel exprimendo tenorem ſententiæ, vel cōfirmando cauſa cognita, vel priori cōfirmationi addendo poſteriorem, cum expreſſa mentione prioris. d. 3. p. l. 1. c. 7 nu. 52.

Confirmatio ex certa ſcientia facit ſententiam confirmatam confirmātis, & ideo caſum ipſi confirmāti reſeruat. Sed confirmatio in forma communi licet nouum

addat

addat vinculum, nihil tamen de nouo operatur niſi præſtando maiorem auctoritatem, & ideo caſum ſuperiori non reſeruat. d. c. 7. num 53.

Conſanguinei.

1 Conſanguinei, & affines ſcienter contrahentes matrimoniũ in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis conſtitutione canonica interdictis ſunt ipſo facto excommunicati; denunciandiq; ſunt à Prælatis, nec abſoluendi donec abinuicem ſeparentur. in 3. p. l. 4. c. 6, nu. 78.

2 Conſanguinei, & affines ex cõſtitutione canonica prohibentur matrimonia contra-

trahere vſq; ad quartum gradum incluſiuè. Diſtans tamen à ſtipite ex vno latere intra quartum gradũ, non prohibetur contrahere cum diſtante ex alio in quinto, vel vlteriori gradu. d.c. 6. nu. 79 Et quamuis affinitas fornicaria non dirimat matrimoniũ iam contractum vltra ſecundũ gradum ex Decreto ſacri Concil. Trid. illud tamen impedit ex vi dicti concilij, ſed eſt hodie impedimentum hoc ſublatum ex bulla Pij V. d.c. 6. nu. 80.
Conſanguinei omnes ſibi ad inuicem alimenta debent indigentiæ tempore. 1. 2. l. 2. c. 33. nu. 5.

Con-

Conſenſus.

1 Cõſenſus eſt multorum voluntas ad id quod pertinet ſimul iuncta. Et ſufficit ſi ſimul iungatur per nunciũ, vel per epiſtolam inter abſentes. Inter præſentes verò etiam tacitus conſenſus ſufficit. 2. 2. lib. 2. cap. 1. num. 2.

2 Conſenſus tacitus ſicut & expreſſus obligationem parit; niſi contractus talis ſit, vt in illo de iure expreſſus conſenſus requiratur, ſicut illum requirit contractus matrimonij. d. c. 1. nu. 2. Nonnulli tamen ita expreſſum conſenſum in omni pacto & contractu requirunt, vt tacitum omnino excludant.

dant. In foro tamen conſciẽtiæ prior ſententia erit præferenda quando cõtrahentes per tacitum conſenſum ſe obligare volunt. ibid.

Conſenſu expreſſo vtriuſq; partis contrahitur pactum expreſſum, & conſenſu tacito, & præſumpto contrahitur pactum tacitum, & præſumptum. d. l. 2. c. 15. num. 17.

Conſenſum prçſtare cenſetur qui præſens eſt, & actũ impedire poteſt, & non impedit. d. lib. 2. cap. 9. num. 69.

Conſenſu ſuo participare in damnis, vt reſtituere obligetur, dicitur ille, ex cuius conſenſu pendet vt damnum detur, aut non.

d. lib.

Digitized by Google

d. lib. 2. cap. 2. num. 31.

6 Conſenſum etſi quis ita prę ſtet vt non ſit cauſa, nec concauſa iniuſtitiæ, ſed tãtum vt citius executioni mandetur, à reſtitutione tamen non excuſatur. d, c 2. nu. 34.

7 Conſenſus, qui ex iuris diſpoſitione obtinendus eſt, non ſufficit ſi petatur, & iniuſtè negetur. 1. p. l. 1. c. 15. nu. 6.

Conſilium Populi.

1 Conſilium populi tunc legitimè congregatum eſſe cenſetur vt geſta per eum valeant, quando ſono tubę, vel campanæ, de mandato Prætoris in publico loco fuit congregatum, & ad

minus

minus duæ partes eorum, qui ſunt de conſilio conuenerunt. 1. 2. l. 2. c. 17. num. 36.

Conſilium.

1 Conſilio ſuo ille cenſetur participare in delictis, qui ſuaſione ſua mouet aliquē ad illa committendā in gratiam ipſius, cui conſilium dat, qui aliàs illa non committeret. 2. 2. lib. 2. cap. 2. num. 21.

2 Conſilium dans non tenetur de conſilio ei, cui conſilium dat, cum liberum ei ſit apud ſe explorale an ſibi expediat conſilium necne: ſed ſecus eſt quò ad illum in cuius damnum conſuluit, quando ille, qui conſilium

 ſilium

ſilium habuit alias damnũ non dediſſet. d. c. 2. nu. 22. & 23.
3 Conſilium dans, vt cognoſcat an in foro conſcientiæ reſtituere teneatur ratione cõſilij, & an ideo cenſuras contraxerit ſemper conſiderare debet, an conſilium fuerit cauſa efficiens dãni, vel delicti, necne: nam tunc ſolummodo reſtituere tenetur, & cenſuras incurrit, quandoq; conſilium eſt cauſa efficiens, hoc eſt quando ille alias non erat facturus. d. c. 2. nu. 23.
4 Conſilij nomine non ſolum venit conſilium in proprio ſignificatu ſumptum, ſed etiam perſuaſio, inſtigatio, inſtructio, preces, & ſimilia, quæ fiunt verbis tantũ, &

& dumtaxat in gratiam illius, cui conſilium datur, d. c. 2. nu. 24. Ratione quorũ tunc quis tenetur quando hęc aliquid adijciunt ad peccandum; nam ſi nihil adijciunt, non tenetur. in 3. p. l. 3. c. 8. nu. 27.

5 Conſilium dans tenetur de conſilio, etiam ſi poſtea cõtrarium diſſuadeat, quando conſilium eſt cauſa damni. 2. 2. l. 2. c. 2. num. 26. Et ideo dato conſilio ad homicidium committendum, non ſufficit contraria ſuaſio ad vitandam irregularitatē, ſi ſequatur effectus. in 3. p. l. 7. c. 2. nu. 103.

6 Conſilium ad homicidium perpetrandum tunc facit conſulentem irregularem, quando eſt cauſa efficiens

homicidij, hoc eſt quando aliàs non occideret ille cui cõſilium datur. Et hoc procedit etiam ſi non daret conſilium ad occidendum, ſed ad faciendum aliquid vnde mors ſequatur; ſequuta enim morte ſtatim efficitur conſulens irregularis: etiam ſi mors diu poſt ſequatur. d. 3. p. l. 7. c. 2. num. 102.

7 Conſilium dans non tenetur de conſilio quando admonuit illum contra quem conſilium dedit, & ille ex negligentia ſua malum nõ vitauit. 2. 2. l. 2. c. 2. nu 27.

8 Conſilium dans ad perpetrandum minus malum, vt vitetur maius ab eo qui paratus erat perpetrare maius malum, non tenetur de cõ-

ſilio

ſilio, quando inde non patitur damnum ille, qui alias illud non ſuſtineret. d. c. 2. nu. 29 & 30.

9 Conſilium dantes, Aduocati, & Procuratores nō impedientes damna clientum ſuorum in cauſis, in quibus conſilium dant, aut patrocinantur, reſtituere illa tenentur. Impenſas tamen contrariæ partis reſtituere non obligantur. 2. 2. l. 2. c. 2. nu. 55.

Conſtitutio.

1 Conſtitutio Principis intelligenda eſt ſemper ſine pręiudicio tertij. 2. 2. l. 2. c. 7. num. 84.

2 Conſtitutio cōtinens odiū, & fauorē, magis attenditur

quò ad fauorem, quàm quò ad odium. 3. p. lib. 4. c. 1. num. 39.

3 Conſtitutio loquens de maſculis comprehendit etiam feminas: non tamen è cõtrariò. in 3. p. lib. 5. c. 4. nu. 48. & 49.

Conſuetudo.

1 Conſuetudo facit legem. 1. 2. l. 2. c. 11. nu. 15. dummodo non inducat ea, quæ legibus ſunt contraria; nam tunc non facit legem. d. l. 2. c. 13. nu. 24. niſi legitimè præſcripta ſit: conſuetudine enim legitimè præſcripta tolli poteſt omne id quod humana lege introductum eſt. d. l. 2. cap. 12. n. 30. & in 3. p. l. 1. c. 7. n. 37.

dum-

Digitized by Google

dummodo ſit etiam rationabilis: nam conſuetudo iuri poſitiuo contraria debet eſſe rationabilis. d. c. 12. num. 34. Habet tamen minorē vim quàm lex. d.c. 13. nu. 23. Attamen quando eſt rationabilis, & legitimè præſcripta ſeruanda eſt. d. l. 2. c. 19. num. 17. Eſtq; optima legum interpres. d. l. 2. c. 23. nu, 11.

2 Conſuetudo in tantum erit dicēda rationabilis, in quātum participat finem iuris; qui in iure canonico eſt felicitas animæ, in iure ciuili bonum publicum, d. l. 2. c. 28. nu. 6.

3 Conſuetudo, quæ alios indebitè grauat, irationabilis eſt, quia peccati materiam continet. d. c. 28. n. 10.

4 Conſuetudo tunc erit dicē-
da legitimè prǫſcripta quā
do ex expreſſo , val tacito
conſenſu maioris,& ſanio-
ris partis populi volentis
inducere conſuetudinem,
per decennium aliquid ſer
uatum eſt . d. c. 28. nu. 6.

5 Conſuetudinē ad inducēdā
iura longū tēpus requirut.
d. l. 2. c. 11. nu. 5. & tem-
pus longum eſt tempus de-
cem annorum . ibi. in nu. 6.
At conſuetudo non ſoluē-
di decimas requirit cur-
ſum 40. annorum . d. l. 2.
c. 12. nu. 38.

6 Conſuetudo ius diuinū tol-
lere, & mutare nō poteſt;
minuere tamen illud, & au
gere, ac diſtinguere poteſt.
d. l. 2, c. 23. nu. 13.

7 Conſuetudo etſi ius natura-
le,

le, & diuinum abrogare non poſſit, poteſt tamẽ dare cauſam probabilem credendi hoc vel illud non eſſe contra ius diuinum, ita vt operans non peccet. d. c. 23. nu. 16.

8 Conſuetudo excuſat à peccato trangreſſionis legis, ſicut excuſat auctoritas viri docti. d. c. 23. num. 20. eſt enim tantę vel maioris auctoritatis, quam vnus, vel alter Douer. 2. 2. lib. 2. c. 6. nu. 114.

9 Conſuetudo praua dicitur corruptela, & eius prætextu pænam gehennalẽ nullus effugit. d.c. 23. nu. 14. quamuis excuſet à pæna temporali. in 3. p. l. 4. c. 5. num. 32. Item conſuetudo irrationabilis, & iniuſta di-

citur corruptela, & quamuis à pęna temporali excuſet, à pęna tamen æterna nō excuſat. d.l.2.c.12 n.35. Etiam ſi ſit adeo longa, vt eius initij memoria non extet. d.c.23. nu.14.

10 Conſuetudo, cuius initij non extat memoria habet vim priuilegij. d.l.2.c.17. nu.25. Si tamen circa ea verſetur, quæ præſcribi poſſunt, vt in nu. 30. & praua, & irrationabilis non ſit, vt in nu. pręcedenti dictũ eſt.

11 Conſuetudo & ſtatutum à pari procedunt quò ad poteſtatem, licet quo ad modum, & formam differant. d.l,2.c.32.nu.111.

12 Conſuetudo non inducitur ex actibus merę facultatis, niſi fauore Eccleſiæ.

d.l.

d. l. 2. c. 11. nu. 7. Ideoq; conſuetudo dandi eleemoſynam, vel oblationem etiã pro ſacramentis conferendis introduci poteſt, d. c. 11. nu. 6.

13 Conſuetudo trahendi clericos ad tribunalia ſæcularium nõ excuſat a mortali, excuſat tamen à pęna excommunicationis 3. p. l. 3. c. 10. nu. 35.

14 Conſuetudo praua petendi ab ingredientibus religionem conuiuia, prandia, aut alia etiam ad piũ vſum deputata, improbatur per ſententiam excommunicationis cõtra ſingulares perſonas & ſuſpenſionis contra capitula, & conuentus. Poſſunt tamen ingredientes offere aliquid ſpontè, &

Digitized by Google

liberè. d. 3. p. lib. 4. c. 5. num. 29.

15 Cõſuetudine legitimè pręſcripta, ſi introductum ſit, vt epiſcopus omnes excõmunicationes reſeruare ſibi poſſit, etiã in præiudiciũ Parochorum; illas ſibi epiſcopus reſeruare poteſt. d. 3. p. l. 1. c. 7. nu. 37.

16 Conſuetudo vt matres nobiles non lactent filios tàm a mortali quàm a veniali peccato excuſat. 1. 2. l. 2. c. 23. nu. 15.

Contractus.

1 Cõtractus eſt obligatio vltro citroq; hoc eſt, contractus eſt actus, ex quo per conſenſum plurium contrahentium oritur obligatio

tio ex vtraq; parte. 2. 2. l. 2. c. 5. nu. 1

2 Contractus à contrahendo dicitur, quia contrahentes viciſſim, & mutuò ad obligationem ſe trahunt. Vnde non tractatus qui præcedit, ſed ipſa tantum perfecta conuentio ſub hoc nomine venit. d. c. 5. nu. 3.

3 Contractus originem habẽt à iure gentium, qui naturali lumine rationis poſt rerum diuiſiones illos introduxerunt, vt communicatio rerum ſine iniuria alterius fieri poſſit. Excipitur tamen matrimonium, qui a Deo in Paradiſo terreſtri ante peccatum fuerat inſtitutum. Excipiuntur etiam nõnulli alij, qui à iure ciuili inſtituti ſunt.

Digitized by Google

ſunt. d.c.5. num.4. & 6.

4 Contractus naturalem, & ciuilem obligationem inducunt. Et prior naturalis ideo dicitur, quia à naturali ingenio, vel induſtria hominum inducta eſt. Poſterior verò ciuilis ideo dicitur, quia ius ciuile ſuperueniens illam comprobauit & actionem ad exigẽdum parit, ſi contractus proprium nomen habet; ſi verò innominatus eſt, actionem non parit, niſi ex iuſta cauſa, aut cohęrẽtia contractus. d. cap. 5. num. 5.

5 Contractus habent quædã ſubſtantialia, quædam naturalia, & quædã accidẽtaria. Subſtantialia ſunt illa, quæ pertinent ad formam,

&

& ſine quibus conſiſtere non poteſt, & quæ nec per æquipollens impleri poſſunt, niſi forma reſpiciat certum effectum: nec partiũ cõſenſum remitti valẽt.
Naturalia ſunt illa, quæ ſecundum propriam naturam contractus inducta ſunt, & in illo veniunt, etſi de illis nihil dictum ſit. Quorum aliqua ſimpliciter naturalia dicuntur, aliqua verò ſubſtantiam contractus reſpiciunt. Priora partium conſenſu tolluntur, poſteriora nequaquam. Accidentaria ſunt illa, quæ ſecundum proprios fines contractus inducta ſunt, ſed accidere poſſunt ſeparata. d c. 5. nu. 7.
6 Contractus alij proprij, alij im-

improprij. Alij nominati, alij innominati. d. c. 5. nu. 8. Alij certi, alij incerti. in nu. 15. Alij bone, fidei, alij ſtricti iuris. in nu. 16. Alij veri, alij ſimulati. in nu. 20. Alij purè, & ſimpliciter celebrati, alij non pure, & ſimpliciter celebrati. in nu. 22. Alij celebrati titulo lucratiuo, alij titulo oneroſo. in n. 31. Alij diuidui, alij indiuidui, in num. 32. & omnes explicantur in d. c. 5. q. 2. per totum.

7 Contractus à ſtipulatione differt, nam contractus ſolo conſenſu perficitur, ſtipulatio verò omnino verba requirit, ita vt præcedat interogatio, & ſequatur reſponſio. d. lib. 2. c. 5. num. 41.

8 con-

Contractus aliqui ex natura ſua ſolo conſenſu, aliqui, verbis, aliqui ſcriptura, aliqui re perficiuntur. Solo conſenſu inuicem expreſſo perficitur emptio, & venditio, locatio, & conductio, ſocietas, mandatū, & matrimonium, niſi contrahens conueniant vt non perficiantur niſi per ſcripturam. d. c. 5. num. 42. Verbis perficitur ſtipulatio. in num. 43. ſcriptura perficiuntur omnes contractus quos contrahentes expreſsè, aut tacitè illos perficere per ſcripturam, intendunt, nempe quia ita eſt conſuetudo: necnon & illi quide iure per ſcripturā sūt celebrād: vt in n. 44. Re contrahuntur illi, qui per-

perficiuntur traditione rei
vt in num. 45.

9 Contractus differt à nudo pacto, à pollicitatione, & à ſimplici promiſſione. d. c. 5. nu 46 47. & 48.

10 Contractus celebrare poſſunt omnes, qui lege naturali, ciuili, vel canonica contrahere non prohibentur. d. c. 5. nu. 49. Et quinam illi ſint latè traditur in eod. c. 5. q. 4. & 5.

11 Contractus à poſitiua lege duplici ex cauſa prohibetur, ſcilicet, ob priuatam, & ob publicam vtilitatem. in 1. 2. lib. 1. cap. 2. nu. 3. Contractus, qui primario ob priuatã, & ſecũdario ob publicam vtilitatem prohibẽtur, iuramento confirmantur. 2. 2. l. 2. c. 5. nu. 60.

12 con-

12 Contractus ob priuatorũ vtilitatem prohibiti iuramento non confirmantur, quando ius non ſolum cõtractum, ſed etiam iuramentum irritũ reddit. 1, 2. l. 1. c. 2. nu. 5. Nec quando vis, aut dolus interuenit in ipſo iuramento prȩſtando. ibi. in nu. 4.
13 Contractus iure canonico, & ciuili irritus, ſi contra bonos mores non eſt, nec in fauorem publicum eſt principaliter prohibitus, iuramento cõfirmatur. 1. 2. l. 1. c. 1. nu. 10.
14 Contractus reprobatus in odiũ creditoris, in cuius fauorẽ iuratur, iuramẽto nõ cõfirmatur, quãuis iuramẽtum ſeruandũ ſit donec relaxetur. 1. 2. l, 1. c. nu. 6.
15 con-

15 Contractus inualidus ratione alicuius ſolemnitatis ſubſtantialis iuramento nõ confirmatur. d. c. 2. nu. 7.

16 Cõtractus per ſe inualidi, qui ſolo iuramento confirmantur, relaxato iuramẽto, nullam firmitatem habent. d. cap. 2. numero 8. Contractus autem per ſe inualidi ſunt illi omnes, qui aliqua lege ſunt irriti, vt in d. c. 2. nu. 2.

17 Contractus iuramẽto confirmatus ex duplici vinculo obligat, ſcilicet ex virtute iuſtitiæ, & ex virtute religionis. d.c. 2. nu. 9.

18 Contractus vi aut metu celebratus in foro exteriori validus eſt, ſi verus conſenſus interueniat. in 2. 2. l. 2. c. 5. nu. 211. Niſi talis ſit

ſit vt omnimodã libertatẽ requirat, cuiuſmodi eſt matrimonium, promiſſio dotis, prorogatio iuriſdictionis, auctoritas tutorum in contractibus adhibenda, & profeſſio religionis. ibi. in nu. 212. Prætor tamen ſuccurrit, vt in num. 219. aut officium Iudicis, vt in num. 220.

9 Contractus vi & metu celebratus in conſcientiæ foro eſt reſcindendus, & reſtitutio facienda etiã ſi vis, aut metus leuis fuerit, dũmodo fuerit cauſa efficiẽs illius contractus. d. cap. 5. num. 213. & 215. Et idem eſt quando interuenerunt preces importunæ, quia metui æquiparantur. in nu. 216. Et quæ dicta ſunt

de

de reſcindendo contractu ob metum intellige, dummodo incuſſus ſit ad extorquendum contractum; nam ſecus eſt ſi quis ſponte cõſentiret metu vitandi imminens aliquod malum, vt in num. 217. Item intellige de metu iniuſte incuſſo, nõ autem de iuſto. in nu. 218.
20 Contractus bonæ fidei dolo celebratus, ſi dolus dedit cauſam contractui, hoc eſt fuit cauſa ſine qua contractus non fuiſſet celebratus, eſt ipſo ire nullus: ſed contractus ſtricti iuris etiã ſic celebratus, non eſt ipſo iure nullus in foro exteriori, ſed obſtat exceptio, ſi res non ſit tradita, ſed re tradita, competit actio de dolo. d. c. 5. nu. 224. In foro ta-

tamen cõſcientię in vtroq; caſu contractus eſt nullus. in nu. 226. Doloſus tamen tenetur ſtare contractui, ſi deceptus ſoluere illum nõ vult; niſi ipſe doloſus ſimulate contraxerit; nam tunc ob defectum conſenſus in foro conſcientiæ nõ tenetur. Vt in nu. 225.

21 Contractus matrimonij quamuis ſit bonæ fidei, nõ eſt temen ipſo iure nullus ex eo quòd dolus illi cauſam dedit, niſi dolus ſit circa perſonam, aut conditionem libertatis, d. c. 5. n. 227.

22 Contractus ſiue bonæ fidei ſiue ſtricti iuris ſit, validus eſt, quando dolus, quo fuit celebratus, incidit in contractum, hoc eſt quando dolus non fuit cauſa celebran-

brandi contractum; ſed in contractu bonę fidei, ſi deceptio eſt vltra dimidiam iuſti pretij, agitur ad illud plus, vel minus ex contractu empti, & vendi, non autem ex dolo. In contractu verò ſtricti iuris in eodem caſu agitur de dolo. In foro tamen cõſcientiæ quęlibet notabilis deceptio eſt mortalis, & ad reſtutionem obligat d.c.5.nu.228.

23 Contractus bone fidei eſt emptio, & venditio, locatio, & conductio, mandatum, depoſitum, ſocietas, commodatum, pignus, & commutatio. Alij omnes ſunt ſtricti iuris, exceptis illis, quos celebrat Princeps, vel qui celebrantur coram illo; nam illi omnes ha-

Digitized by Google

habẽt naturam bonæ fidei, d. c. 5. nu. 17.

24 Cntractus, in quibus interueniũt perſonę aut res, quæ ſunt obligationis incapaces iuxta dicta in d. c. 5. q. 4. 5. & 6. inutiliter celebrantur, ſicut & pacta, quæ contra leges, aut contra bonos mores apponuntur. d. c. 5. nu. 231.

25 Contractus vbiq; fiant validi ſunt. d. c. 5. num. 243. Et etiam intra eccleſiam valide & ſine mortali celebrantur, ſi hoc fiat extra tẽpus ſacrorum, & cõcionis, ac ſine ſcandalo, & tumultu, & ſine ſolutione pecuniarum, & traditione rerum: & etiam ſine veniali in caſu neceſſitatis. d. c. 5. num. 243.

26 Contractus & validè celebrantur, & scribuntur etiam in diebus feriatis: in his tamen diebus ſine peccato mortali celebrari non poſſunt, niſi in caſu neceſſitatis, aut pietatis; vt in d. c. 5. num. 249. Niſi ex conſuetudine introductũ ſit, vt his diebus aliqui contractus celebrentur; vt in d. c. 5. nu. 250.

27 Contractus non eſt interpretandus ſecundum vocabula, ſed ſecundum naturam ipſius. 2. 2. l. 2. c. 7. num. 7. & eſt potius iudicandus ex propria natura, & ex effectu, quam ex verbis contrahentium. d. l. 2. c. 6. nu. 2.

28 Contractus in dubio erit potius cenſendus cenſualis

re-

reſeruatiuus quàm emphiteuticus, vbi æquali frequentia vterq; contractus celebratur; etiam ſi adderetur pæna caducitatis. 2. 2. l. 2. c. 7. num. 8 & 11. ſed obſeruanda in primis eſt cõſuetudo cõcedentis cenſum deinde regionis, vt in nu. 9 & 10.

29 Contractus iure humano nullus ob fraudis præſumptionem, in foro conſciẽtiæ dominium transfert, fraude ceſſante. d. cap. 7. num. 55.

30 Contractus innominati ad pium opus celebrati pænitentiam non admittunt, niſi primarius finis contrahẽtium eſſet, vt determinatum aliquod opus impleretur, expreſsè excluſo amo-

re Dei, & fauore animæ, 1. 2. l. 2. c. 11. nu. 42. & 48.

31 Contractus ſemper cenſetur celebratus ſecundum conſuetudinem, & legem loci vbi celebratur. 3. p. l. 1. c. 3. nu. 57.

Contritio.

1 Cõtritio eſt animi dolor, & deteſtatio commiſſi peccati, quatenus eſt offenſa Dei, cum ſpe veniæ, & propoſito confitendi, ſatisfaciendi, & de cætero non peccandi. 1. p. l. 4. c. 1. nu. 2.

2 Contritio eſt vox metaphorica deſumpta ex verbo contero, quod ſignificat rem aliquam duram in minutiſſimas partes diuidere; quæ metaphora traſfertur ad cor, qui ſolet per

pec-

peccatum obdurari, & per contritionẽ, quæ eſt perfectus dolor perfectè diuiditur, & ſeparatur à peccacato. d. l. 4. c. 1. nu. 1.

3 Contritio continet in ſe virtuale propoſitum confitendi, quod ſufficit ad valorem illius. d. c. 1. nu. 3.

4 Contritionis actum qui fecit, & ſic in illo ſaltem implicitè propoſuit cõfeſſionem facere tempore debito, ſi adueniente tempore nõ confiteatur, nouum peccatum non committit ratione propoſiti, ſed quia pręceptum non confitendi non ſeruat. d. c. 1. nu. 4.

5 Contritio ſemper fuit, & eſt ad ſalutem neceſſaria, ſuppoſito peccato mortali, ſiue inſpiciatur tempus le-

gis naturæ, ſuppoſito in illo lumine fidei, ſiue legis ſcriptæ, ſiue legis gratiæ. in d. l. 4. c. 2. nu. 1.

6 Contritio fuit omni tempore ad ſalutem neceſſaria neceſſitate præcepti. d. c. 2. nu. 2. contineturq; in primo precepto decalogi, cum ad honorē eius pertineat, vt illatam ei iniuriam ſatiſfaciamus. d. c. 2. nu. 3.

7 Contritionis præceptū obligat in articulo mortis, quod in lege gratiæ tunc tantum habet locum quādo quis in tali articulo cōfeſſionem facere non poteſt, nam ſi poteſt tenetur ad confeſſionem, & ſufficiens erit attritio. d. lib. 4. c. 3. nu. 2.

8 Contritionem habere quis te-

tenetur quoties ex officio aliquod ſacramentum miniſtrat, aut recipit, ſed obligatio hæc non oritur ex præcepto contritionis, ſed ex præcepto dignè adminiſtrandi, aut recipiendi ſacrementa. d.c. 3. num. 2. vbi nōnulli alij caſus hujus obligationis examinantur.

Contumacia.

1 Contumacia regulariter nō contrahitur niſi ob inobedientiam. l. 1. c. 4. nu. 16.

2 Contumacia durante ſuſpenſio tolli non poteſt. d. lib. 1. cap. 7. num. 35. & contumacia non ceſſante, non ceſſat cenſura. d. l. 1. c. 9. nu. 5.

Digitized by Google

Creditor.

1 Creditor certus, incerto creditori præferendus eſt in reſtitutionibus faciendis. 1. 2. l 2. c. 8. nu. 5.

Crimen.

1 Crimen quodlibet eſt priuatum, niſi in lege aliqua exprimatur quòd ſit publicum. 1. 2. l. 2. c. 7. nu. 30.

2 Crimen tractatur criminaliter quando in iudicio agitur de imponenda pro illo pęna. d. l. 2. c. 32 nu. 70.

3 Crimina quæ dicũtur notoria notorietate iuris, & quę facti vide in ver. Peccatũ.

4 Crimina morte extinguntur. 3. p. l. 1. c. 3. nu. 2.

5 Cri-

5 Crimen læſę Maieſtatis cōtra Principem non committit, qui non eſt ſubditus ratione originis, vel domicilij. d. 3. p. l. 4. c. 2. num. 23.

6 Crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ eſt graue, & publicum, ac depoſitione dignum. 3. p. l. 7. c. 1. nu. 115.

Culpa.

1 **Culpa legalis eſt deuiatio ab eo quod per diligentiā hominis præuideri potuit: & diuiditur in latam, leuē & leuiſſimam. 1. 2. cap. 31. num. 36.**

2 **Culpa lata eſt inconſiderata, ſeu negligens deuiatio ab ea diligentia, quam cō-**

Digitized by Google

muniter habent homines eiuſdem profeſſionis. d. l. 1. c. 31. nu. 21.

3 Culpa leuis eſt inconſiderata, ſeu negligens deuiatio ab ea diligentia, quã habent diligentiores homines eiuſdem profeſſionis, & de facili a mortali præſertim excuſat. d. cap. 31. num. 24.

4 Culpa leuiſſima eſt incõſiderata, ſeu negligens deuiatio ab ea diligentia, quã habent diligentiſſimi homines eiuſdem profeſſionis. d. c. 31. nu. 37.

5 Culpa Theologica eſt volũtaria deuiatio a lege Dei, & recta ratione: diuiditurq; in venialem, ſi leuis eſt deuiatio, & in mortalem, ſi grauis. d. c. 31. nu. 35.

6 Cul-

6 Culpa lata etſi dolo æquiparetur, non eſt tamen verus dolus, ſed præſumptus. d. c. 31. nu. 20.
7 Culpa lata, & leuis ſine peccato mortali eſſe poteſt. d. c. 31. nu. 20.
8 Culpæ Theologicæ obligatio non oritur niſi ex voluntaria deuiatione à lege Dei, & recta ratione: ſed obligatio culpe legalis oritur ab ipſa ſola deuiatione ab eo quo rectum eſt, etiã ſi voluntaria non ſit, ſi ipſa deuiatio per diligentiam hominis preuideri, & obuiari potuit. d. c. 31. n. 38.
9 Culpa propria vnicuiq; debet eſſe damnoſa. d. l. 2. c. 23. nu. 41.
10 Culpa propria ſi quis in neceſſitatem venit illi im-

Digitized by Google

purandum eſt. ibidem 9.

11 Culpa, quæ committitur in faciendo licet leuiſſima ſit, tamen leui æquiparatur. 2. 2. lbi. 2. c.8. nu. 27.

12 Culpa etiam ſi non committatur in ipſo actu occiſionis ſufficit ad contrahendam irregularitatem ex homicidio caſuali, 3. p. l. 7. c. 2 nu 106.

13 Culpa ex leuiſſima tenetur, nauta, caupo, ſtabularius, fullo, & ſarcinator, etiam ſi cuſtodiam nõ promittant. 2. 2. lib. cap. 8. num. 37.

Curator.

1 Curatori licet filiam ſuam adulto ſuo nuptui tradere: ſed adultam filio ne-

qua-

quaquam. 1. 2. lib. 2. c. 32. nu. 2.

Curia.

1 Curiæ vacantes eſſe nõ poſſunt conductores, conductorum mandatores, procuratores, aut fideiuſſores. 2. 2. l. 2. c. 5. nu. 134.

2 Curia Papæ eſt commune forum. 1. 2. lib. 2. cap. 28. num. 58.

3 Curiæ obnoxij ordinari nõ poſſunt. 3. p. lib. 7. cap. 1. num. 98.

Cuſtos.

1 Cuſtos non impediens dãna rerum quas cuſtodit, illa reſtituere obligatur, niſi damnificantes excuſentur. 2. 2. l. 2. c. 2. nu. 57.

2 Cu-

2 Cuſtodes non exigentes gabellas, & non impedientes ne bona exportentur vbi eſt hoc veritum; & nō exigentes pœnas ab eis, incidunt in commiſſum, & reſtituere obligātur. d. 2. 2. l. 2, c. 2. nu. 63.

3 Cuſtos latitans ad hoc vt poſſit quis damnū dare, & penā ſoluere etſi cōtra charitatem peccet, ſoluenti penam nihil tamen reſtituere debet. d. c. 2. nu. 58.

4 Cuſtos qui pacto expreſſo, vel tacito, aut iuramento ſe obligauit ad accuſandum, peccat contra iuſtitiam commutatiuam, & reſtituere obligatur; ſecus ſi non ſe obligauit. d. cap. 2. num. 61.

Cuſtos ad arctiſſimam diligen-

gentiam tenetur. d. l. 2. c. 8. num. 36.

6 Custodes veſtimentorum, ſequuto homicidio ſunt irregulares, ſi illa cuſtodiunt ſcientes dominos veſtimentorum ire ad occidendum. 3. p. l. 7. c. 2. nu. 97.

Damnum.

1 Damnũ dicitur ex eo quòd aliquis minus habet quam debet habere. 2. 2. lib. 2. c. 7. nu. 79.

2 Damnum intolerabile quod ſic, ad hoc vt remiſſio penſionis fiat conductori, arbitrio Iudicis relictum eſt: tũc autem Iudex rectè hoc arbitratur quando noſcit damnum eſſe tale, vt deductis expenſis dimidiam pen-

penſionis partem conductor ſoluere non poſſit. d. l. 2. c. 8. nu. 53.

3 Damnum emergens eſt illud quòd immediatè contingit alicui ex eo quod id quod illi dari, aut fieri debet, non datur, aut non fit ſuo loco, & tempore. d. l. 2. c. 6. nu. 26.

4 Damnum dupliciter emergit, ſcilicet, proximè, & remotè. Prius etiam nulla mora interueniente debetur, cum per illud lædatur iuſtitia alterius. Poſterius ſine mora non debetur, cum tantum in pœnã moræ debeatur, 1. 2. l. 3. c. 1. nu. 25.

5 Dãnũ emergens in cõtractu mutui licitè ĩ pactũ deduci poteſt, 2. 2, l. 2. c. 15. nu. 22.

6 Dam-

6 Damnum emargens in pactum non deductum ab initio mutui, à mutuatario inuito exigi nõ poteſt, niſi ſit in mora; vel niſi vi, aut coactè mutuum obtinuerit. d. c. 15. nu. 23.

7 Damnum alterius cum proprio detrimento vitare nemo tenetur. lib. 2. cap. 2. nu. 50.

8 Damnum proximi qui impedire ex officio tenetur, & illud non impedit, ad reſtitutionem obligatur. d. c. 2. nu. 51. Et ille ad hoc ex officio tenetur, qui iuriſdictionem habet. d. c. 2. nu. 52.

9 Damnum quando cauſam coniunctam habuit, qui cauſam damni dedit, damnum dediſſe videtur. 1. 2.

lib. 2.

lib. 2. cap. 18. numero 45.

10 Damnum, quod propria culpa infertur, reſtituendũ eſt, etiam ſi hoc fiat ſine animo nocendi. d. l. 2. c. 28. nu. 17.

Damnatus.

1 Damnatus ciuiliter ob delictum quod in priuato, & ciuili iudicio infamiam irrogat, cuiuſmodi eſt furtum, efficitur ob infamiam irregularis: ſed ſecus eſt quando delictum tale non eſt. 3. p. l. 7. c. 1. nu. 113.

Debitum.

1 Debitum eſt illud quod peti, & ab inuito exigi poteſt. l. 2. c. 10. nu. 7.

2 De-

Digitized by Google

2 Debiti partem creditor ex contractu recipere non tenetur, viuente debitore: nec debitor illam ſoluere obligatur, niſi ex pacto hoc actum ſit. 2. 2. l 2. c 5. nu. 34. ſed ſecus erit mortuo debitore. in nu 35.

3 Debiti partem recipere tenetur creditor ex contractu cenſuali, quando fundi cenſualis pars petijt, aut infructuoſa effecta eſt, d. c. 5. nu. 36.

4 Debiti partem recipere nõ tenetur creditor cenſus realis, ſi debitor pro parte ſe redimere vellet, permanẽte integra re cenſui ſuppoſita d. c. 5. nu. 37.

5 Debiti alicuius rei in genere non extinguitur obligatio, & nõ liberatur debitor

ab

ab obligatione reſtituẽdi
aliqua res determinata p
reat, ſeu ſi pereat ſpecie
2. 2. l. 2. c. 1. nu. 106.
6 Debitum pecuniarium n
facit debitorem irregul
rem, 3. p. l. 7. c. 1. nu. 1

Decima.

1 Decima eſt ius eccleſiaſti
ordinatione ab omnib
fidelibus Parochis debit
quo tenentur eis ſoluere
decimam partem omniu
emolumẽtorum laicoru
1. 2. l. 2. c. 12. nu. 1. Et
citur decima à determin
ta quantitate, quæ ſolue
da eſt. ibi. nu. 2.
2 Decimarum ſpecies tripl
Prædialis, Perſonalis,
Miſta. Prædialis ex fruct
bus

bus prædiorum prouenit. Perſonalis ex negatione, ſcientia, militia, artificio, venatione, piſcatione, & ex ſimilibus debetur. Miſta vero ex fætibus, & ex fructibus animalium; & miſta dicitur, quia partim ex prędijs, pertim ex humana induſtria procedit. d. cap. 12. num. 10.

3 Decimas prędiales ſoluere etiam infideles & hæretici tenenrur, etiam ſi prędiũ ex furtiuis rebus ſit ſeminatum. d. cap. 12. nu. 11. Et etiam eccleſiaſtici, niſi priuilegio eximantur, aut titulo ſpirituali prædia poſſideant. in nu. 12. Ac etiã eccleſię ex prędijs hoc onere grauatis prius quam ad illas peruenirẽt. vt in n. 13.

Et

Et debentur etiam ex n
ualibus, & ſoluenda
Parochis in cuius Paroch
prædia ſita ſunt. in nu.1
4 Decimas perſonales ſoli
deles debent. d.c.12.n.
& ſoluenda eſt Perochis
quibus ſacramenta recip
tur, niſi ex conſuetudi
aliter ſit ſeruandũ. in n.
& ad illas de iure oblig
tur etiam clerici comm
niter non viuentes etian
epiſcopi: ſed in Italia f
vbiq; in deſuetudinem
ierunt. d. c. 12. nu. 40.
5 Decimę miſtæ ſoluẽdæ
iuxta conſuetudinem;
ſi non appareat omnes
bentur Parochis a qui
cuſtodes ſacramenta r
piunt, ſi in prędijs eiuſd
Parochię animalia paſc
tur

tur, ſi autem in alijs, diuidendæ ſunt, & ſubdiuidēdæ quādo etiam in alia diuerſa habent ouile. d. c. 12. num. 17.

6 Decimas ſoluēdi preceptū, quod fideles habent, humanum eſt, non diuinum, niſi impropriè, & originariè: vel quatenus ab homine in Dei honorem inſtitutum eſt. d. c. 12. nu. 6.

7 Decimæ ex illis illicitè acquiſitis non ſunt ſoluendę, quæ reſtitutioni ſunt obnoxiæ, ex alijs autem ſoluendæ ſunt, quamuis ex turpi cauſa proueniant, vt ex meretricio, hiſtrionatu, & ex alijs huiuſmodi. Eccleſia tamen illas recipere non debent dum acquirentes in peccato perſeuerant,

ſed

ſed tantum poſt pæniten-
tiam . d. c. 12 . nu. 20.
8 Decimas ſubtrahentes, a
impedientes ſunt excom-
municandi , & a pecca
non ſunt abſoluendi , n
facta reſtitutione , quan
reſtituere poſſunt . d. c.
nu. 18. religioſi illas vſu
pantes, aut non ſoluent
aut non permittentes ,
ſoluãtur, vel prohiben
illarum ſolutiones in q
tuor caſibus excommu
cationem incurrũt. in 3
l. 4. c. 6. nu. 73.
9 Decimarum ius vt con
qui poſſit neceſſariò rec
rit miniſterium altaris
ſeminatione ſpiritualiu
& vt ad talia facienda ſa
dos ex præcepto teneat
1. 2. l. 2. cap. 12. num.
E

Et tunc decimæ illi debentur etiam ſi ditiſſimus ſit. in nu. 24. Non poteſt tamẽ tunc illas in proprios vſus conuertere, ſed in vſus pauperum ſunt conuertendæ. in num. 25. Et in malos vſus illas conuertenti pro illo tunc ſoluendę nõ ſunt. in nu. 26.

10 Decimas Parochus eccleſiæ nomine exigere, & vendere poteſt: & quò ad eas ius in re eccleſiæ nomine habet. d. c. 12. nu. 28.

1 Decimæ iuſtè non ſoluuntur niſi exigantur vbi hoc ex conſuetudine introductum eſt. d. c. 12. nu. 29. & iuſtè Squillacenſes arbitrariam quandam quantitatem pro decima ſoluunt. in nu. 31. Illę tamen quæ

K ad

ad congruam Parochorum ſuſtentationem ſunt neceſſariæ nulla cõſuetudine tolli, aut minui poſſunt. in nu. 32.

12 Decimas omninò non ſoluentes in ſtatu damnationis non ſunt quando ſacerdotes illas non petunt. d. c. 12. nu. 35. Tamen ſi à Parochis exigerentur, ſoluendę ſunt etiam in prouincijs, vbi ex conſuetudine introductum eſt vt non ſoluantur. d. c. 12. nu. 33.

13 Decimæ vt à clericis omnino non ſoluantur conſuetudine atq; vſu 40. annorum introduci poteſt. & idem eſt de decimis perſonalibus laicorum, ſublata parochorum indigentia. & multo magis ad certam quan-

quandam portionẽ ex cõſuetudine reduci poſſunt. d. cap. 12. num. 36. 37. 38. & 39.
14 Decimas de dote eccleſię ſoluere tenentur clerici, quando ex prædijs decimæ ſoluebãtur priusquam eſſet eccleſiæ dos. d. c. 12. nu. 41. ac etiam quando à ſummo Pontifice exiguntur. in nu. 42.
15 Decimas non ſoluunt Regulares curam animarum habentes: reliqui verò illas ſoluunt, niſi ſint priuilegiati. d. c. 12. nu. 43. Et priuilegiatorum coloni illas ſoluũt pro ſua rata quãdo priuilegium conceſſum eſt ordini; ſecus ſi eſſet cõceſſum prædijs. in nu. 85.
16 Decimas exigendi ius laicis

cis competere poteſt etia
in titulum, cum hoc faci
nomine eccleſiæ: non au
ius decimandi. d. cap. 1
num. 47. & 48.

17 Decimas exigendi ius la
cis & ſi epiſcopi conced
re poterant ante prohib
tionem Alex. 3. in Conc
Lateran. poſt illam tam
ſolus Papa hoc poteſt.
in dubio poteſtas hęc p
ſumitur conceſſa prius;
ex iuſta cauſa. d. cap.
num. 49. & 51. Nec de l
co in laicum transferri p
teſt. in nu. 52. Nec exi
re decimas noualium la
poſſunt. in nu. 53.

18 Decimę prędiales, ac
miſſę ex mercimonijs
acquiſitę, debentur nu
deductis expenſis. d. c.
nu

nu. 54. perſonales verò, & ex mercimonijs acquiſitæ debentur deductis expenſis ex pecunia decimata factis. in nu. 55.

19 Decimam ſoluens non tenetur pro illa ſoluēda dare fructus meliores, ſed ſufficit illi ſoluere mediocres. d. c. 12. nu. 56.

20 Decimæ prædiales ſoluendæ ſunt eo ipſo quò fructus percipiuntur; perſonales verò in fine anni, ſoluendęq; ſunt in loco, vbi ex conſuetudine ſolui ſolent. d. c. 12 nu. 57.

Decretum.

1 Decretum Cōg. Cler. Reg. de ſeruandis decretis, & ſtatutis ſuperiorum præde-

ceſſorum quouſq; fuerint à ſucceſſoribus ſpecialiter abrogata, locum non habet quò ad caſuum reſeruationem. 1, p. lib. 1.c.12. num. 5,

2 Decretum ſacræ Congreg. per quod reuocatur priuilegium abſoluendi à caſibus reſeruatis, non tollit priuilegium abſoluendi à cenſuris epiſcopis reſeruatis, niſi per nouam declarationem eiuſdē Congreg. d. l. 1. c. 13, nu. 22.

3 Decreta prohibentia Phyſicam eccleſiaſticis intelliguntur de arte Medicinæ. 3. p. l, 4. c. 6. nu. 21.

4 Decreta ſummi Pontificis ſeruare contemnens excōmunicationem incurrit. d. c. 6. nu. 123.

De-

Defectus.

1 Defectus membrorum naturales, qui nec reddunt impotentem ad celebrandum, nec deformitatem conſtituunt, non inducunt irregularitatem. 3, p. l. 7. c. 1. nu. 12.

2 Defectus ætatis propriè nõ facit hominem irregularẽ. ſed inhabilem ad ordines. d. c. 1. nu. 24.

Defenſio.

1 Defenſio propria etſi licita ſit, ad illam tamen nemo tenetur, niſi quis eſſet perſona publica, & communi bono neceſſaria. 1. 2. l. 2. c. 18. nu. 39.

2 Defenſio membrorum ita licita eſt prout licita eſt defenſio vitæ. 1. 2. l. 3. c. 1. n. 7. Item & rerum in nu. 8. ac pudicitię. in nu. 9.
3 Defenſio proximi facienda eſt ſub pęna peccati quãdo commodè fieri poteſt. d. l. 2. c. 18. nu. 50
4 Defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ facienda eſt. d. l. 3. cap. 1. num. 2. Quod tunc euenire dicas quando ſine detrimento, quod ſit alicuius momenti, defenſio omitti nõ potuit, & quando pro ipſa defenſione factum eſt illud, ſine quo violentia repelli non poterat. d. c. 1. nu. 3.
5 Defenſio reprobata eſt vbi iuſta eſt offenſio d. cap. 3. nu. 4. dummodo non agatur

tur de defenſione vitę, quæ in foro conſcientię ſemper eſt licita, niſi iuſta offenſio fiat à perſona publica inſuitu publici officij. d. c. 3. num. 5.

Defloratio Virginis.

1 Defloratio virginis ſponte omnino conſentientis ad reſtitutionem aliquam in foro conſcientiæ non obligat. 2. 2. l. 1. c. 1. num. 1. Niſi ideo ſponte cōſentiat, quia detem à defloratore ſperat, quo in caſu deflorator illam dotare obligatur, etiam ſi illa nihil petat, & deflorator nihil promittat, ſi mentem ejus deflorator rationabiliter percipere poſſit, & cum hac

cognitione deflo;ret. d.c.1. nu. 2. & 3. etiamſi animum decipiendi habeat. in nu.4.
2 Deflorãs virginem ſine cognitione mentis illius de ſpe percipiendi dotem, ad illam dotandam non tenetur, niſi hoc cognoſcere debuiſſet. d. c. 1 num. 5. Et tũc ille cognoſcere hoc & credere debuit, quando ipſe diues eſt, & illa pauper, & deflorationi conſenſit non amore capta, ſed precibus etiam leuibus inducta. d. c. 1. nu. 6.
3 Deflorans virginem ſponte conſetientem, patri puellę ob iniuriam illi illatam nullam reſtitutionem debet, ſed tamen ſatisfactionem aliquam per ſigna doloris, aut veniæ petitionem, ſi de-

defloratio eſt illi nota, aut alijs modis, quibus honor reſtitui ſolet. d. c. 1. nn. 7. & etiã pecunia, ſi pater eſt pauper. d. c. 1. nu. 10.

4 Deflorans virginem vi, aut metu, vel dolo, pro damno, & iniuria illata ſatisfacere obligatur. d. c. 1. n. 11. & infra in n. 8. Vi deflorata virgo dicitur quãdo ita corporaliter coacta fuit, vt à maiori impetu victa vim repellere non potuerit, cum omnia fecerit, vt ſe defenderet. d. c. 1. nu. 12. Metu deflorata dicitur quò ad forum exterius quando metus fuit grauis, & cadẽs in mulierem conſtantem, qualis eſt minus malum vt effugiat maius. In foro tamen cõſcientię omnis me-

Digitized by Google

tus ſufficit ad obligationẽ reſtitutionis, ſi ſit cauſa principalis conſentiendi. Dolo deflorata dicitur, quã do aliqua calliditate, fallacia, vel machinatione, ſiue factis, ſiue verbis ad hoc inducta eſt. in nu. 16.
5 Deflorans virginem precibus importunis, & ſuaſionibus vehementibus ad reſtitutionem damnorum obligatur; ſi tales ſint vt voluntarium excludant. & voluntarium mixtum inducant. d. c. 1. nu. 17.
6 Deflorans virginem, ſi poſt factum dubitet an illa precibus, vel ſuaſionibus importunibus conſenſerit, reſtituere non obligatur: ſed ſi ante factum de hoc dubitauit, & cum hac dubitatio-

tione virginem deflorauit, reſtituere tenetur, quia veritatem inquirere tenebatur. d. c. 1. nu. 19. & 20.

9 Deflorans virginem inuoluntariam ad ea obligatur circa partem illius, ad quæ obligatur ille qui deflorat inuitam. d. c. 1. num. 21. Et ſi virgo eſt ſub cura tutoris, tenetur & illi pro iniuria ſatisfacere. in nu. 22.

8 Deflorans virginem vi, metu, aut dolo, tenetur vel cum illa matrimoniũ contrahere, vel alia via damnum reparare. In conſciẽtia tamen illam in vxorem ducere non tenetur, ſi ſine hac promiſſione ille deflorauit. d. c. 1. nu. 24.

9 Deflorans virginem vi, metu, vel dolo tenetur ante ſen-

ſententiam ad ſupplementum dotis neceſſarium ad nubendum ęquè bone, ac ſi deflorata non eſſet: ſed poſt ſententiam tenetur ad integram dotem. d. cap. 1. nu. 25. Item tenetur ad ſatisfaciendam iniuriam vel in aliquo honore, vel in pecunia, conſiderata qualitate perſonarum, & modũ iniuriæ: nam plus tenetur qui per vim, quàm qui per metum. in nu. 26. & plus qui cum raptu, quàm qui ſine illo, vt in nu. 29.

10 Deflorans virginem vi, metu, vel dolo, ſi poſtea puella æque bene nupſerit, aut mortua ſit ante matrimonium, ab obligatione reſtitutionis liberatur quò ad damnum deflorationis,

cum

cum ceſſet ratio læſionis: ſed puellæ viuenti tenetur tantummodo aliquam ſatisfactionem pro iniuria facere. d. c. 1. nu. 27.

1 Defloratio Virginis ſine ſeminis effuſione non inducit propinquitatem. 3. p. l. 7. c. 1. nu. 65.

Deformitas.

Deformitas notabilis reddit hominem irregularem. vt notabilis macula in oculo, vel in facie, in manibus, vel digitis preſertim in illis quatuor, quibus ſacramentũ tractatur, ſi talis ſit vt non poſſit quis cõmodè, & ſine ſcãdalo ſacramẽtum tractare, qualis eſt defectus vnguię in talibus digi-

gitis, ſi reddat impotentē ad frangēdam euchariſtiā. 3. p. l. 7. c. 1 nu. 10. Item Gibus notabilis, ſiue tumorem in dorſo, ſiue in pectore quis habeat: magnum gattur: tumidus venter, ita vt ille incommode diuina tractare poſſit in n. 11. Cæcitas in vno oculo eſt notabilis deformitas, vt in nu. 32.

2 Deformitatem, qui in aliū fecit ita vt reſpectu illius ſit deformatus irregularis, nō ideo ipſe irregularis efficitur, cum non ſit hæc irregularitas in iure expreſſa. Et quamuis nonnulli Doctores illam admittant, alij tamen meritò impugnant. d. c. 1. nu. 32.

De-

Defunctorum Corpora.

Defunctorum corpora exenterantes in locis Chriſtianorum, & ea immaniter decoquentes, vel in fruſtra concidentes, vel elixantes, vt oſſa à carnibus ſeparata ferant, & ſepeliant in alio loco, & prædicta mandantes, ſunt excommunicati. 3. p. l. 4. c. 6. nu. 129.

Delatores.

1 Delatores criminum futurorum non incurrunt irregularitatem, ſi illa deferant cum proteſtatione, & ſolo animo impediendi ne fiat etiam ſi poſtea mors ſequatur. 3. p. l. 7. c. 1. n. 44.

2 De-

2 Delatores criminum pręteritorum, qui ſolummodo Iudici tradunt ſigna externa, ex quibus auctor delicti dignoſci poteſt, nimirum gladium, aut calceos delinquentis, nihil amplius ſe intromittentes, non efficiuntur irregulares, ſi mors ſequatur. d. cap. 1. num. 45.

Delegatio iuriſdictionis.

1 Delegatio iuriſdictionis ad abſoluendum a reſeruatis in caſu aliquo particulari, quibuſcumq; verbis intentionem concedentis ſignificantibus, fieri poteſt. 1. p. c. 13. nu. 31. ſed ſi generalibus verbis fiat delegata non cenſentur, niſi expreſ-

ſè

sè aliquid addatur , ex quo etiam caſus reſeruatus conceſſus eſſe intelligatur . ib.

Delegatus .

Delegatus ferens cẽſuram, eius ſucceſſor, vel ſuperior eam tollere poteſt . 3 . p. l. 1. c. 7. nu. 48.

Delegatam poteſtatem illi concedere poſſunt, qui ordinariam habent poteſtatem . d. 3. p. l. 1 . c. 8. nu. 6. Tamen delegatus à Papa, ſubdelegare poteſt , dummodo negotium non ſit commiſſum , vt illud perſonaliter exequatur , in num. 7.

Delegati inferiorum Prælatorum merum & nodum miniſterium ſubdelegare, tan-

tantummodo poſſunt in aliquo caſu particulari, quemadmodum idem poteſt delegatus à Principe. d. c. 1. nu. 8. & hoc procedit etiã in delegato à Legato Apoſtolico. in nu. 9.

4 Delegati inferiorũ Prçlatorũ totã iuriſdictionem ſibi cõmiſſam tũc ſubdelegare poſſunt, quando expreſsè fuit illis hoc conceſſum. d. c. 8. nu. 10.

5 Delegata à ſummo Pontifice poteſtate abſoluendi à cenſuris ſubdelegari poteſt, ſi iuriſdictio fuit delegata: ſecus ſi tantummodo nuda abſoluendi poteſtas. d. c. 8. nu. 11 & 12.

6 Delegatus Papæ non poteſt poſt annũ abſoluere eũ, quẽ ipſe excommunicauit, ſed ab-

abſolutio Papę reſeruatur. d. 3. p. l. 4. c. 6. nu. 2.
Delegati poteſtas per cenſuram ſublata, vel ſuſpenſa, ſubdelegati auctoritas non ceſſat. 3. p. lib. 1. c. 2. num. 42.
Delegatio poteſtatis diſpēſandi quò ad irregularitatē non experat morte delegantis etiam re integra. d. 3. p. l. 7. c. 3. nu. 37.

Delictum.

Delicta alia ſunt facti permanentis, alia tranſeuntis. Delicta facti permanentis alia certum veſtigium relinquunt, vt in homicidio cadauer vulneratum; alia certum veſtigium non relinquunt, vt mors data per ve-

venenum. Delicta facti tranſeuntis nullum veſtigium relinquunt, vt adulterium. 2. 2. lib. 3 cap. 1. nu. 3. 4. & 5.

2 Delicti corpus vt Iudex procedere poſſit conſtare dicitur in delictis facti permanentis quæ certa veſtigia relinquunt, quando in cadauere conſtat adeſſe vulnera mortalia. in d. c. 1. nu. 6. In delictis facti parmanentis quæ certa veſtigia non relinquunt adhibenda eſt diligentia ad facti veritatem indagādam, & quando de corpore delicti non conſtat Iudex ad vlteriora procedere nō poteſt. in num. 7. In delictis facti tranſeuntis procedere Iudex poteſt data quærela,

rela, ſi indicia ſufficientia habeat, in nu.

Delictum ſimpliciter, & abſolutè in vno loco notoriũ ſine peccato propalari poteſt vbi non eſt notorium. Et idem eſt de notorio reſpectiue, ſi tale eſt, vt eius notitia indubitanter, & neceſſario ad locum alium peruenie[illegible]. d. lib. 3. cap. 2. num. 20.

Delicta occulta ab humano iudice iudicanda non ſunt. [illegible].p. l. [illegible]. c. 4. nu. 33

Delictum legitimè probatũ per duos cõteſtes omni exceptione maiores à Iudice puniri poteſt. d. cap. 4. num. 35.

Delictorum qualitas cognoſcitur ex genere Pœnarum. [illegible]. 3. p. l. 7. c. 1. num. 108.

Quæ autem dicantur grauia, quæue leuia arbitrio Iudicis relictum eſt. ibi.

7 Delicta illa dici poſſunt grauia ad inducēdam infamiā facti, & irregularitaté, quę pœna mortis naturalis, aut ciuilis puniuntur, necnon & illa quorũ accuſatio cómititur cuilibet de populo, quapropter publica delicta appellantur. d. c 1. n. 108. Sed vt quis ideo ſit cenſendus irregularis delictum debet eſſe notorium. in nu. 110 ac depoſitione dignum. in nu. 114 & tale dicitur eo ipſo quod eſt graue. ibi.

8 Delicta publica, quæ quilibet accuſare poteſt ſunt, crimen læſę Maieſtatis Diuinæ, & humanę, Blaſphemia,

mia, Periurium, Falſitas, Parricidium, Adulterium, Sudomia, Furtum, Stuprum Virginis, & alia huiuſmodi. d. c. 1. nu. 112.

Delictum tunc dicitur notorium ad contrahendã irreguleritatem ob infamiã facti, quando aliquis de tali crimine fuit in iudicio damnatus; quando ipſe in iudicio illud faſſus eſt; quã do de illo in iudicio conſtat claris ꝓbationibꝰ, etiã ex proceſſu nullo: quando cõſtat ex famoſa inſinuatione, vel communi voce, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. d. c. 1. nu. 111.

Denunciatio.

Denuncianda ſunt ſub mortali

S

tali omnia crimina, quæ vergent in damnum publicum, & hæc ſunt, Hæreſis, Rebellio à proprio Principe, Compilatio ærarij publici, Proditio ciuitatis, Aſſaſſinium, Aggreſſio itinerantium, Maleficium, Magicas artes, Falſitas monetarum, & ſimilia. 1. p. l. 1. c. 5. nu. 7.

2 Denunciandi ſunt ſanctæ Inquiſitionis officio non ſolũ hæretici, & Apoſtatæ à fide, ſed etiam de hęreſi violenter, vel vehementer ſuſpecti, Blaſphemi hæreticales; Religioſi, qui poſt profeſſionem, & clerici, q̃ poſt ſacrũ ordinẽ matrimoniũ contraxerũt; & qui huiuſmodi nefarias nuptias approbarunt: retinentes,

aut

aut legentes libros hære-ticorum ſine licentia; ſor-tilegia omnia, & maleficia, ac ſuperſtitiones, in quib⁹ aliqua adhibentur, quę ad producenda ea ad quæ ad-hibentur, virtutem natu-ralem non habent: Aſtro-logiam iudiciariam exer-centes: Geomantiæ Hy-dromãtiæ & ſimilibus ope-ram dantes, & alij. d. 1. p. 1. c. 5.

epoſitum, & Depoſitarius.

epoſitum eſt contractus, n quo aliquid alicui non omino cuſtodiendum tra-itur. 2. 2. l. 2. c. 8. nu. 1. epoſitum in re, quæ de-oſitarij ſit non conſiſtit; ſſeq; debet contractus hic

ex vtraq; parte gratuitu
d. c. 18. nu. 2.

3 Depoſitæ rei in pondere
numero, & menſura co
ſiſtentis, pretium reciper
non eſt vſura, ſed iniuſ
tia, ſi in ſacculo ſignato
tradatur. d. c. 18. num.
ſecus ſi res tradatur pond
rata, numerata, aut me
ſurata. in nu. 5.

4 Depoſitum pro ſola cuſ
dia fit: teneturq; depoſi
rius ex vſu rei depoſita
actione furtiua. d. c. 18. n.

5 Depoſitum tria ſubſtanti
lia habet. Primum vt re
quæ deponitur, non ſit d
poſitarij. Secundũ, vt gra
celebretur. Tertium vt
pro ſola cuſtodia, nullo t
slato dominio, vel poſſe
ne, aut iure. d. c. 18. nu.

6 De-

Depoſirarius ſtatim rē reddere debet, niſi ex iuſta cauſa excuſetur: alioquin tenetur de lucro ceſſante, & damno emergente: reſtituendaq; res eſt vbi inuenitur. d. c. 18. nu. 8.

Depoſitarius ſtatim non reſtituens, & ad reſtitutionē faciēdam condēnatus proprio nomine, poſt ſententiam efficitur infamis. d. c. 18. nu. 9. Niſi depoſitum factum ſit apud ſequeſtrū, qui non tenetur reſtituere niſi finita lite, aut requiſitus ex communi partium conſenſu. in nu. 10.

Depoſitarius compenſare, doli exceptionem obijcere, aut deductionem facere non poteſt. d. cap. 18. num. 11.

9 Depoſitarius tenetur de dolo, et lata culpa, & aliquando etiam de leui. Et, ſi ex officio illi cuſtodia cōpetit etiam de leuiſſima tenetur. d. c. 18. nu, 12. Et de dolo commiſſo circa depoſitū etiam pupillus pubertati proximus obligatur ſine tutoris auctoritate, etiā ſi ſit filius familias: ac etiam ſeruus. d. cap. 18 num. 13.

Deterioratio.

1 Deterioratio quæ dicatur magna Iudicis arbitrio relinquitur. 2. 2. c. 9 nu. 37.
2 Deterioratio temporalis, & quò ad ſolos fructus, nō eſt ſufficiens vt emphyteuta cadere poſſit, d. c. 9. n. 38.

3 De-

3 Deterioratio committi poteſt nõ ſolum faciendo, ſed etiã nõ faciendo, & per negligentiam. commiſſa in faciẽdo obligat emphyteutam etiam ex leuiſſima culpa; ſed commiſſa in non faciendo obligat tantum de dolo, lata, & leui culpa. d. c. 9. nu. 39.

4 Deterioratio in faciendo committitur cedendo arbores non cæduas, vel germinales. d. c. 9. num. 40. niſi pro reparanda domo arbores incideret, vt in nu. 41. Vel niſi arbores eſſent vetuſtæ & nouas ſubſtitueret. in nu. 42. Vel niſi vmbra eſſet nocua. in nu. 43. Vel niſi modica eſſet inciſio, in nu. 44.

Deterioratio facit cadere

emphyteutam ipſo iure, ſed coram Iudice probanda erit, & eius declaratio eſt expectanda, an grauis ſit. in d. c. 9 nu. 45. Vide in ver. emphyteuta.

Detractio.

1 Detractio eſt denigratio alienæ famæ per occulta verba; hoc eſt non præſente eo, de quo dicuntur. 2.2. l. 3. c. 2. nu. 1.

2 Detractio alia formalis, alia materialis. Formalis eſt quando ex intentione fit, hoc eſt quando ideo quis de abſente loquitur, vt eius famā denigret, d. c. 2. n. 2. & etiam quando detrahere animaduertit, & ſine legitima cauſa proſequitur. vt in

in num. 3. Materialis eſt quando non ideo quis loquitur verba detractoria, vt famā denigret, ſed propter aliud, in nu. 4.

3 Detractio formalis, quę propriè detractio dicitur, ex genere ſuo eſt p. m. d. c. 2. ſed ex leuitate materię eſſe poteſt venialis. in nu. 3.

4 Detractio materialis quando fit ad aliquod bonū, vel neceſſarium, ſeruatis debitis circunſtantijs, nō eſt peccatum: ſed ſi fiat ex animi leuitate, vel ex cauſa non neceſſaria eſt peccatū veniale; niſi adeo grauis ſit, vt fama proximi notabiliter lædatur, nā tunc eſt p. m. d. c. 2. nu. 4.

Detractoria verba ex auditu referens, ſi probabiliter

credit, aut credere debet ob ſuam relationem famã alterius notabiliter eſſe lædendam, mortaliter peccat, & famam reſtituere obligatur, ſi ideo proximi fama lædatur: ſecus ſi hoc non credat, nec probabiliter credere debeat. d. c. 2. n. 7. Quando & quomodo ſit reſtitutio famæ a detractore facienda vide in ver. Fama.

6 Detractio alia leuis, alia grauis. Leuis detractio fit per reuelationem venialiũ. Grauis verò per reuelationem mortalium. & hoc ex genere ſuo, nãaliquando contrarium occurrit. d. c. 2. nu. 27.

7 Detractio venialium & defectuum naturaliũ tũc erit mor-

mortalis quando per illorum relationem fama grauiter læditur, vt in d. cap. 2. num. 28. Detractio mortalium tunc erit venialis quando per reuelationẽ illorum fama grauiter non læditur, vt ſi quis de homine aulico dicat fornicationẽ commiſiſſe. in n. 25. Detractio leuis à facienda reſtitutione famę ſub mortali excuſat. d. c. 2. n. 26.

Dictio.

Dictio *Vel*, etſi diſiunctiua ſit quandoq; tamen pro dictione *etiam* ponitur. 1. 2, l. 2. c. 7. nu. 4.

Dictio, *Alijs*, identitatem qualitatis ponit. d. l. 2. c. 14. nu. 8.

3 Dictio *Omnino*, etſi denotet aliquid ſeruandum eſſe ſine exceptione, eſt tamen hoc intelligendum, ſalua rerum natura, quæ mutari non poteſt. 1. 2. l. 2. c. 1. num. 22.

4 Dictio *Maximè* eſt implicatiua caſus etiam non expreſſi. 1. 2. l. 2. c. 23. n. 71.

5 Dictio *Alius* ſimilitudinem denotat, & facit propoſitionem eiuſdem qualitatis cum præcedentibus. d. l. 2. c. 7. nu. 24.

6 Dictio *Imò* intelligitur copulatiuè poſita, quando illi adijcitur copulatiua &. d. c. 7. nu. 94.

7 Dictio *Niſi* ex natura ſua habet vt excipiat. d. l. 2. c. 9. num. 74.

Digitized by Google

Dies.

1 Dies interpellat pro homine quando in contractu appoſita eſt. 2. 2. lib. 2. cap. 7. num. 71.

2 Diei adiectio incerta æquiparatur conditioni. d. l. 2. c. 5. nu. 26.

3 Diei adiectio certa dicitur etiamſi non fuit expreſſus certus annus, ſi tamen expreſſa ſit certa dies. d. c. 5. num. 27.

Dies feſtus.

Diebus feſtis opera ſeruilia faciens ex manifeſta neceſſitate, vel in dubio cum licentia epiſcopi, vel parochi non peccat. 1. p. lib 5. cap.

cap. 17. nu. 6. nec puniri à Iudice laico poteſt ob ſuã prohibitionem. in nu. 7.

2 Diebus feſtis ex conſuetudine licitè fiunt venditiones, & locationes aliquarũ rerum ſub haſta publica. 2. 2. l. 2. cap. 5. num. 253. Item rerum, quæ dietim conſumuntur. in num 254. Et illarũ, in quibus de pretio nõ eſt conueniendum. in nu 255. Vendiq; poſſunt res ruſticis, qui in diebus profeſtis venire non poſſunt. in nu. 256.

Dignitas Eccleſiaſtica.

1 Dignitas Eccleſiaſtica eſt beneficium habens adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum cum ordinaria iu-

iuriſdictione. 3. p. l.4. c.5. num. 45.

Dignitatem ille habere dicitur qui habet eccleſiaſticam iuriſdictionem ordinariam, ita vt dicere poſſimus: habet ille iuriſdictionem eccleſiaſticam ordinariam; ergo habet eccleſiaſticam dignitatem, & è conuerſo, habet eccleſiaſticam dignitatem; ergo habet ordinariam iuriſdictionem eccleſiaſticam. 3. p. lib. 1. c. 2. nu. 2.

Dignitates eccleſiaſticas qui ſimoniacè obtinuerunt, & illis ipſo iure priuati ſunt, & in futurum ſunt inhabiles ad eas, & quaſcunq; alias obtinendas. d. l, 4. c. 5. nu. 91.

Dignitatem eccleſiaſticam qui

qui per ſimoniam obtinet obligatur expreſsè ad reſtitutionem omnium fructuum, qui à diligenti poſſeſſore percipi poterát. d. c. 5. nu. 92.

5. Dignitates, beneficia, penſiones, & officia eccleſiaſtica in confidentia collata, vacant ipſo iure, & ſedis Apoſtolicæ diſpenſiationi ſunt reſeruata. d. c. 5. nu. 106. & 111.

Dilata ſolutio.

1 Dilatam ob ſolutionem qui pluris vendit, vel minoris emit ob anticipationem illius, iniuſtitiam, & vſuram committit. 2. 2. lib. 2. cap. 6. num. 127. Niſi hoc faceret infra limites

tes iuſti pretij. in nu. 128.

2 Dilata ſolutione vltra iuſtũ prętium rigoroſum res vẽdere licet, & ſolutione anticipatà infra pretium piũ iuſtum emere conceſsum ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, quatuor concurrentibus, Primum vt exceſſus, vel diminutio pretij æquiualeat damno, vel lucro. Secundum vt lucrum verè ceſſet, & damnum verè emergat in gratiam emptoris in vẽditione dilata ſolutione, & in gratiam venditoris in emptione anticipata ſolutione. Tertium vt emptor & venditor ſciant reſpectiuè cauſam iuſti pretij non ſeruati. Quartum, vt fiat ſine ſcandalo, & ſuſpicione

ne vſurarum. d. c. 6. num. 129. 130. & 131.

3 Dilata ſolutione, vltra iuſtum pretium rigoroſum res vendere licet, & ſolutione anticipata infra pretium p um iuſtum emere quis poteſt ſi interim adeſſet periculum amittendi capitale quinq; concurrẽtibus Primum vt periculũ ſit reale, & non imaginarium. Secundum vt ſit periculum graue, & non leue. Tertium vt fiat ſine pacto aut conditione ſuſcipiendi ipſum mutuantem palliatum pro aſſecuratore. Quartum vt interueniat proportio inter periculũ, & inter augmentum, aut diminutionem pretij. Quinto vt cauſa augmẽti, vel

vel diminutionis ſit emptori, vel venditori reſpectiuè manifeſta. d. c. 6. nu. 132.

4 Dilata ſolutione vltra iuſtũ pretium res vendere licet, & anticipata ſolutione infra iuſtum pretium emere, quando adeſt periculum ſuſtinendi moleſtias pro obtinenda re empta, ſolutione anticipata, aut pro conſequendo pretio in vẽditione dilata, dummodo concurrant quinq; conditiones relatę. in nu. præcedenti. d. c. 6. nu. 133.

Dilata ſolutione pluris quàm valent præſenti pecunia vendi poſſunt, & anticipata ſolutione minoris emi res, quæ legale, & naturale pretium non habent, vt ſericum, Tapetia,

la-

lanę & ſimiles, dũmodo nõ augeatur ratione dilationis, nec minuatur ratione anticipationis. d. cap. 6. nu. 134. 135. & 136.

Diligentia.

1 Diligentiam adhibere ſufficit in foro conſcientiæ, & nemo diligenter, aut diligentiſſimus eſſe obligatur. 1. 2 l. 2. c. 31. nu. 25.

Directè, & indirectè volitum.

1 Directè quis aliquid vult cũ ſciens, & prudens illud facit. Indirectè vero quãdo aliquid non vult, ſed illa facit, ex quibus ex natura rei illud ſequitur. 1. 2. l. 2. c. 31. nu. 16.

2 Di-

2 Directè quis & in ſe in culpā concurrit quādo ſciens, & prudens aliquod culpabile vult: indirectè verò, & in cauſa quando culpam committere nollet, ſed illa facit, ex quibus ex natura rei malum aliquod ſequi poteſt, ſiue non; ſi tamen ea quæ facit ex natura ſua talia ſunt, vt humano more præuideri rationabiliter poſſint, malū aliquod inde prouenire poſſe. d. c. 31. nu. 16.

Directè quæ non licent, nec indirectè licent quò ad peccata, & cēſuras incurrēdas, aut vitandas, in caſibus, in quibus id quod indirectè fit, non per accidens, ſed ex natura rei ſequi poteſt. d. l. 2. c. 17. nu. 107.

4 Di-

4 Directè volitum tantum eſt dicere quantum volitum in ſe; & indirectè volitum tantum eſt dicere quantum volitum in cauſa, & ſicut quò ad volitum in cauſa nulla adeſt differentia quò ad peccata committenda, & cenſuras incurrendas, ita etiam nulla adeſt differentia inter volitum directè, & volitum indirectè. in d. nu. 107.

Diſpenſare, & diſpenſatio.

1 Diſpenſare, quò ad iuramēta promiſſoria poſſunt eccleſiaſtici Prælati ex iuſta cauſa, cum in iuramentis ſemper intelligatur ſaluū ius ſuperiorum. 1. 2. lib. 1. c. 1. nu. 21. Faciendum eſt

ta-

tamen hoc non ſolum ex iuſta cauſa, ſed etiā audita parte, niſi notoriè conſtet iuramentum ex parte recipientis turpitudinem continere. d. cap. 1. num. 23. Nullaq; erit diſpenſatio ſine iuſta cauſa facta. in num. 25. Quæ autem illa ſit ſuperioris arbitrio relinquitur. in nu. 24.
Diſpenſare quò ad iuramenta promiſſoria illi Prælati poſſunt, qui poſſunt hoc facere quò ad vota, & hi ſunt ſummus Pontifex quò ad omnes fideles, & quò ad omnia iuramenta, ſaluo iure tertij: & epiſcopi, & qui Epiſcopalem iurisdictionem habent, ſaluo etiā iure tertij quò ad ſibi ſubditos, ſed non quò ad omnia

nia iuramenta, nam in rebus arduis reſeruata ſunt ſummo Pontifici, ac etiam in omnibus caſibus, in quibus ſunt illi reſeruata vota. d. c. 1. nu. 26.

3 Diſpenſationem à iuramẽto qui quærit non eſt periurus: & in caſu quo ſimul iuraſſet relaxationẽ non petere duplici remedio vti poteſt, ſcil. vel ſuperiori ſua iuramenta & cauſam relaxationis manifeſtare, & ex eius proprio motu diſpenſationem expectare: vel obtinere prius relaxationem iuramenti de non petenda relaxatione, & poſtea alterius, d. cap. 1. num. 27.

4 Diſpoſitionem, vt ſimoniaci reales etiam occulti reti-

tineant beneficia, fructus, pecuniam, aut alia ſimoniacè acquiſita, ſacra Pænitentiaria concedere nō poteſt. 3. p. l. 4. c. num. 101. Nec vt retineri poſſint in conſcientiæ foro beneficia confidentię vitio acquiſita, & illorum fructus. in num. 109.

Diſpenſatio concedi poteſt quò ad pęnas contra ſimoniacos promulgatas. d.c.5. num. 119. ſed ſolus Papa diſpenſat Primò cum illis qui ſimoniam commiſerūt credentes gratiam Spiritus ſancti pretio acquiri poſſe: hi enim hæretici sūt. d.c.5. nu. 120. Secūdò, cū promotis ſimoniacè ad ordines ſacros. in num. 121. Tertiò quò ad infamiā ꝑ ſimoniā

contractam. in num. 122. Intellige quando delictum non eſt occultum, nam ſi eſt occultum diſpenſat epiſcopus quò ad irregularitatem, quæ ex tali infamia contrahitur ipſo iure. Et diſpenſat etiã in omnibus alijs caſibus quò ad ſimoniacos etiam in foro exteriori, vt in d. c. 5. nu. 125.

6 Diſpenſationem cum infamibus facere ſolus Papa poteſt, ſiue ſit infamia iuris ſiue facti, vt in d. 3. p. l. 7. 3. nu. 20. & 22. & non poteſt epiſcopus, niſi in caſibus à iure expreſſis. d. c. 5. nu. 122. Et hos caſus de iure expreſſos eſſe dicas non ſolum quando iura expreſsè epiſcopis diſpenſandi facultatem concedunt, ſed

ſed etiam quando diſpenſationem permittunt, & à quo ſit diſpenſandum non explicant; nam tunc cenſetur diſpenſandi facultas epiſcopo conceſſa, dummodo hoc faciat cum cauſæ cognitione. d. cap. 5. num. 123.

Diſpenſationem contra iura facere non poteſt epiſcopus, niſi in foro conſcientiæ quando delictum eſt occultum, & ad forum contentioſum non deductum. In quo caſu idem poſſunt Prælati regularium mendicantium quò ad ſuos ſubditos. d. c. 5. nu. 124.

Deſpēſare poteſt epiſcopus in caſibus sũmo Pōtifici reſeruatis, ſi periculũ eſſet in mora. 3. p. l. 6. c. 2. n. 33

Digitized by Google

9 Diſpenſare Epiſcopus non poteſt, vt maneat interdictum à ſe promulgatum, & ſacramẽtum ordinis cõferatur. ibi.

10 Diſpenſare epiſcopus poteſt cum bigamis ſimilitudinarijs quando bigamia hęc ex peccato occulto procedit: ſecus ſi ex publico, niſi poſt longam vitam laudabilem vt in ſuſceptis ordinibus miniſtret cõſtitutus in ſacris aut Monachus epiſcopo ſubditus qui de facto ſemel vxorem virginẽ duxit. 3. p. l. 7. c. 3 nu. 16. cum bigamo autem vero ſolus Papa diſpenſat ibi. in nu. 15.

11 Diſpenſationem irregularitatis prouenientis ex defectu corporali ſolus Papa

pa concedit. d. c. 3. nu. 6. Et idem eſt quò ad prouenientem ex defectu perfectę lenitatis. Poteſt tamen his epiſcopus cōcedere, vt retinere tantū valeant beneficia ſimplicia, que habent in nu. 14
2 Diſpēſationē vt illegitimi ad ſacros ordines ꝓmoueri poſſint Papa cōcedit: ſed vt ad minores, & beneficium ſimplex epiſcopus. d. l. 7. c. 3. nu. 17.
3 Diſpenſare ſolus Papa poteſt, vt vxuratus ordinetur etiam quò ad primam tonſuram. d. c. 3. nu. 18. Et ipſe etiā ſolus diſpenſat vt ordinari poſſint ſerui, & obligati ad raciocinia. in nu. 19. Necnō & illi, qui ętatis defectū habēt. in n. 24.

14 Diſpenſat epiſcopus in foro conſcientiæ quò ad omnes irregularitates prouenientes ex delicto occulto non deducto in iudicio, excepta illa, quæ procedit ex homicidio voluntario. d. c. 3. num. 25. ac illa, quæ contracta eſt ob hæreſim occultam, in qua nec Inquiſitores diſpenſare poſſunt. in nu. 28.

15 Diſpenſare quò ad irregularitatem confeſſarij non poſſunt, etiam ſi impoſita ſit tanquã pæna pro culpa. d. c. 3. n. 29. In caſibus, in quibus diſpenſare poſſunt epiſcopi diſpẽſãt etiã Prælati habentes iure epiſcopalia. in nu. 31. ac Capitulum ſede vacante. in nu. 32.

16 Diſpenſatio irregularitatis

tis determinatam formam non habet: facienda tamẽ eſt cum aliquo externo ſigno. d. c. 3. nu. 38.

7 Diſpenſare quò ad irregularitatem intelligitur ille qui diſpenſare poteſt, ſi de facto irregularem ſcienter ordinet, aut dimiſſorias ad recipiendum ordines concedat, dummodo hoc faciat cum aliqua ſummaria cauſæ cognitione: Papa tamẽ hac cauſæ cognitione non indiget. d. c. 3. nu. 39.

8 Diſpenſare intelligitur Iudex ſcienter aliquid feciẽs contra ius commune, ſi ſuper illo facto diſpenſare poteſt, ſi hoc faciat cum aliqua cauſæ cognitione: ſine qua tamen factum tenet donec à ſuperiore fue-

rit reuocatum. d. cap. 13. num. 39.

Diſpoſitio.

1 Diſpoſitio generalis nō refertur ad caſus ſpeciales, circa quos ſpecialiter eſt prouiſum. 2. 2. l. 1. cap. 1. num. 23.

2 Diſpoſitio, quæ duplicem finem habet, vnum principalem, & alium impulſiuũ, nō ceſſat durante fine principali, etſi finis impulſiuus ceſſet. 1. 2. lib. 2. cap. 11. num. 44.

Diſtributio.

1 Diſtributiones quotidianas tuta conſcientia percipere non poſſunt canonici, & alij

Digitized by Google

alij qui in choro diuinum officium ita præcipitanter cãtant, vt potius murmur quàm verba audiatur. 1. p. l. 5. c. 16. nu. 14. Hoc tamen non procedit quò ad eos, qui faciunt quantum in ſe eſt vt diuinum officiũ benè recitetur, quamuis non ſequatur effectus ex eo quod maiorem partem reprimere non poſſunt. in num. 15.

2 Diſtributiones debitæ beneficiatis alio titulo quàm beneficij, non comprehenduntur in ſuſpenſione à beneficio. 3. p. lib. 5. cap. 1. num. 20.

Diuortium.

1 Diuortium inter maritum

ex vxorem ſi ſequatur, ſi maritus cauſam diuortij dederit communes filij nutriendi ſunt apud vxorem expenſis mariti; ſi autē vxor causā diuortij dederit nutriendi ſunt apud maritū expenſis vxoris locupletis: niſi pater minus idoneus ſit: tunc enim apud matrē locupletem nutriendi sūt. 1. 2. l. 2. c. 23. nu. 24.

Doctor.

1 Doctoris auctoritas excuſat à peccato tranſgreſſionis legis. 1. 2. lib. 2. cap. 23. num. 20.

2 Doctorum dicta ſecundum leges, quas allegant intelligenda ſunt. d. cap. 23. num, 100.

Do-

Dolus.

1 Dolus eſt machinatio, ſeu calliditas ad decipiendum alterum adhibita. 1. 2. l. 2. c. 31. nu. 22.

2 Dolum allegans probare illum debet. d. l. 2. cap. 32. num. 35.

3 Dolum & fraudem facere non videtur qui illa excludit. 1. l. 5. c. 14. nu 13.

4 Dolus tunc dat cauſam cõtractui quando contractus non fuiſſet celebratus niſi dolus ille præceſſiſſet; & tunc incidit in contractũ, quando contractus etiam ſine illo dolo fuiſſet celebratus, ſed minori pretio, d. l. 2. cap. 17. num. 120. Quando autem in his caſi-

bus ſit contractus reſcindẽdus, aut ſupplendus dictũ eſt ſupra in ver. cõtractus.

Domicilium.

1 Domicilium in aliqua diœceſi habere dicitur, qui in eà habitat, vel ibi ſe tranſtulit animo ibi perpetuò habitandi. 1. p. l. 1. cap. 7. num. 25.

2 Domicilium non acquiritur per diuturnam, & longam temporis habitationem. d. c. 7. nu. 13.

Domicilium habentes in duabus parochijs, à parocho vtriuſq; parochiæ ordinaria iuriſdictione abſolui poteſt. d. c. 7. nu. 24.

Do-

Dominia.

1 Dominia quinq; modis acquiruntur. ſcil. occupatione, traditione, præſcriptione, ſucceſſione, & electione, 1. 2. l. 2. c. 16. nu. 4. Occupatione quando bona ſunt vacantia, vt in nu. 2. & infra in ver. occupare. Traditione, vt infra in nu. 2. Præſcriptione vt in nu. 3. Succeſſione, vt in num. 4. & electione, vt in num. 5.

2 Dominia traditione acquiruntur inſtitutione, donatione, permutatione, emptione. & ſimilibus. d. c. 15. nu. 13.

3 Dominia preſcriptione acquiruntur; & hoc procedit

etiam

Digitized by Google

etiam quò ad Imperialem dignitatem. d. c. 19. n. 18. & 21. dummodo concurrat cum tempore neceſſerio iuſtus titulus, & bona fides. in num. 22. Papalem tamen nequaquam, nec vt quis non ſubſit Romano Pontifici in nu. 19.

4 Dominia ſucceſſione acquiruntur ab inteſtato regulariter, & aliquando etiam ex teſtamento. d. cap. 16. num. 29

5 Dominia electione acquiruntur vt Dominium temporale Papæ, Imperij, & Regijs Poloniæ, in d. n. 29.

6. Dominia rerum non nudis pactis, ſed traditionibus transferuntur. d. c. 16. n. 14. Transferuntur etiã ex iuſta ſentẽtia, d. 2. 2. l. 1. c. 1. n. 14.

Ec-

Eccleſijs etiam, & monaſterijs, alijſq; pijs locis, & ciuitatibus, ſine traditione dominia comparantur. d. l. 2. c. 28. nu. 61.

Domini temporales.

Domini temporales alij ſupremam habent poteſtatẽ & in terris ſuperiorem non cognoſcunt, vt Papa, Imperator & Reges, qui Imperiales preſcripſerunt dominium. Alij qui Regale dominium habent ita vt ab eorum tribunali de iure non appelletur, vt Reges, & Principes abſoluti. Alij qui vna cum ſubditis ſub alterius dominio viuunt, & ab eo legem recipiunt, & hi ſunt illi, quos

Feu-

Feudatarios appellamus, & Capitanei Regni propriè nominantur. in 1. 2. l. 2. c. 16. nu. 1. 2. & 3.

2 Domini temporales indigentes à vaſalis, & ſubditis in vtroq; foro ſunt alendi. d. c. 16. nu. 31. Et hoc ſecundum dominorũ qualitates & vaſallorum, ac ſubditorum facultates eſt faciendum. in num. 34. Et è contrario Vaſalli, & ſubditi indigentes à dominis alendi ſunt, & ciues à Republica. d. 1. 2. l 2 c. 28. n. 1. Niſi ob impotentiam excuſentur, & niſi adſint hi qui iure ſanguinis ad hoc teneantur, vt in d. c. 28. nu. 2.

3 Domini temporales ſub pęna priuationis bonorũ interdicere poſſunt ſubditis

ori-

originarijs, vt extra dominium non habitent, exteris vero nequaquam, etiam ſi bona in dominio habeat. d. l. 2. c. 28. nu. 4. Illorum preces vim coactionis habent in nu. 14.

4 Domini temporales ſub aliquo prætextu cogere non poſſuut ſubditos vt cibaria aliaq; illis vendant, aut ab illis emant pretio non iuſto. d. c. 28. nu. 5. Niſi ex pacto aut ex legitima conſuetudine ad id teneantur; Dummodo talis conſuetudo ob publicum bonum, & cum conſenſu maioris partis populi volentis inducere conſuetudinē, introducta ſit, d. cap. 28. num. 6.

5 Domini temporales ad emptio-

ptionem proprij frumenti vel olei ſubditos cogere, non poſſunt. d. c. 28. n. 7. Niſi ratione publici boni, vt in num. 8. Nec alias excuſantur à conſuetudine, nam nõ eſſet rationabilis, vt in nu. 9. Niſi conſuetudo talis ſit, vt eius initij nõ extet memoria, nec de libero conſenſu populi in eius introductione dubitetur, vt in nu. 12. Et idem dicas de conſuetis ſeruitijs ad quæ ſubditos domini cogere ſolent, vt in nu. 39.

6 Domini temporales etſi ex illis ſint, qui condendi leges auctoritatem non habent, poſſunt tamen ordinationes aliquas pro regẽdis ſubditis neceſſarias facere. d. c. 28. nu. 22.

Do-

Domini temporales quando poſſint venationem prohibere, vide in ver. Venatio. & vſuras permittere, in ver. Vſura

7 Domini temporales negligentes impedire iniuſtitias ſuorum officialium mortaliter peccant, & ad reſtitutionem obligantur. 2. 2. l. 2. c. 2. nu. 54.

Domini Eccleſiaſtici.

1 Domini Eccleſiaſtici, qui in terris ſuis habitare permittunt Iudæos alienigenas, ſunt excommunicati. 3. p. l. 4. c. 6. nu. 97.

Dominium.

1 Dominium diuiditur in dire-

rectum, & vtile. 2. 2. l. 2. c. 4. nu. 25.

2 Dominium ſine traditione non transfertur per actum inter viuos celebratum. d. l. 2. c. 11. nu. 14.

3 Dominium, & poſſeſſio etiã fictis traditionibus acquiritur, in d. nu. 14. Tranſlationiſq; eius natura eſt vt perpetuò duret. d. l. 2. c. 9. nu. 106.

4 Dominium iuſtè lex humana transferre poteſt etiam dominis inuitis. d. l. 2. c. 1. num. 98.

5 Dominium per contractum precarij non transfertur, nec ciuilis poſſeſſio, ſed tantùm naturalis vnà cum vſu. d. l. 2. c. 13. nu. 3.

6 Dominium rei alienæ acquirit ille qui eam ſurripit

in extrema neceſſitate, ſi proprietas talis rei neceſſaria ſit ad ſuſtentationem: ſed ſecus eſt, ſi ſolus vſus ad hoc ſufficiat. d. l. 2. c. 1. num. 2.

7 Dominium rei alienę etſi non acquirat fur mutando rem alienam in aliam formam, cum ſit in mala fide; tamen quia per mutationē formę dominium illius dominus amittit, eandem rē reſtituere fur non tenetur, ſed eius aſtimationem, qua ſoluta tutè poteſt in conſcientia rem retinere. d. l. 2. c. 1. nu. 91.

Dona.

1 Dona miſſa à ſponſis nihil cogitantibus de intuitu futu-

tu-

turi matrimonij repetere poſſunt, ſi non ſequatur matrimonium ſine culpa donatoris. 1. 2. l. 2. c. 32. n. 50. & 53. Niſi donaſſet etiam ſi ſpes futuri matrimonij nō adfuiſſet. in nu, 51, Vel niſi caſu matrimonium non ſequatur, & oſculum poſt ſponſalia præceſſit; nam tunc dimidia tantum pars donorum ſponſa reſtituere obligatur, in num. 52. etiam ſi ipſa religionem ingrediatur, in nu. 54.

2 Dona ſponſi integra non lucratur hodie ſponſa per copulam habitam poſt ſponſalia, & ante contractum matrimonium, ſed tantùm dimidiam partem. d. c. 32. num. 55. Et hoc procedit etiam in matrimonio nullo

lo bona fide contracto. in nu. 62. ac etiam in contracto mala fide vtriuſq; ibi.

3 Dona ſponſi integra poſt contractum matrimoniũ, & copulam ita lucratur vxor, vt plenum illorum dominium habeat. d.c.32. num. 56.

4 Dona quę ſponſus, vel ſpõſa ſine animo donandi dedit retinere alter non poteſt. d. c. 32. num. 57. Niſi ex conſuetudine donata cenſeantur. in nu. 58. Et ſi quis dubius eſſet de mente donatoris, retinere prædicta dona poteſt, ſi poſt donationem dubitare cepit; ſi autem prius reſtituere obligatur. in nu. 59.

5 Dona conſanguineorum propriorũ lucratur ſponſa: ſed

ſed dona conſanguineorũ ſponſi nequaquam, ſed ad ſponſum pertinentia, qui in gratiam illius donata iudicantur, niſi de contraria mente donatoris appareat. d. c. 32. nu. 63.

Donare.

1 Donare tantum videtur ille, qui nullo iure cogente hoc facit. 2. 2. l. 2. cap. 11. num. 4.

2 Donare non poteſt qui proprium non habet. d. lib. 2. c. 11. nu. 3.

3 Donare epiſcopus cum cõſenſu capituli cathedralis regularibus eccleſiam aliquam, poteſt atq; aliquam eiuſdem eccleſię rem. d. lib. 2. c. 5. nu.

4 Do-

4 Donare, accipere, aut promittere aliquid nemo poteſt pro expeditione gratiæ, aut iuſtitiæ à ſede Apoſtolica obtinendæ. d. c. 5. num. 173.

Donatio, & Donatio ſimplex.

1 Donatio duplex ⁀ vna inter viuos, altera cauſa mortis. Donatio inter viuos duplex, vna ſimplex, altera, ob cauſam. Simplex alia fit pure, alia ſub conditione, alia ſub modo, alia cum adiectione diei. 2. 2. l. 2. c. 11. in initio.

Donatio ſimplex, & pura eſt contractus, in quo res propria ex liberalitate irreuocabiliter in alium volentẽ trãsfertur, d. c. 11. n. 1.

Digitized by Google

Et ſic quatuor habet ſubſtantialia Primum vt detur res propria. Secundum, vt detur ex liberalitate. Tertium, irreuocabiliter. Quartum volenti, & acceptanti. in nu. 18.

3 Donatio rei alienæ fieri poteſt, vt vſucapiendi conditionem trãsferat, ſi bona fide fiat, propriè tamen donatio non dicitur. d. c. 11. num. 2.

4 Donatio propriè non dicitur, niſi id quod donatur ſtatim fiat accipientis. ibi.

5 Donatio ea mẽte de ſui ſubſtãtia celebranda eſt, vt nõ ſit locus pænitentię d. c. 11. nu. 5, & nolenti fieri non poteſt. in nu. 6.

6 Donatio nudo pacto perfici poteſt. Faciendaq; eſt cum ex-

expreſſo conſenſu donãtis, & donatarij. d. c. 11. nu. 7. & priuſquam acceptetur nec in foro conſcientię etiã ſi iuratu ſit obligat. in n. 8. Factaq; abſenti, & ignorãti perfecta nõ eſt. in n. 10. niſi fiat corã notario acceptante nomine abſentis, vt in nu. 11. Facta tamen eccleſiæ pfecta dicitur quocũq; acceptante nomine eccleſię. in num. 16. & facta infanti abſenti, valida eſt, quãuis acceptata non ſit. in num. 17.

7 Donatio à notario acceptata nomine abſentis non acquirit donatario ius in re, ſed vtilem actionem perſonalem contra donatoré. d. c. 11. num. 13. niſi notario facta ſit vera, vel ficta

cta traditio. in num. 14.
8 Donatio abſenti facta, & ſeruo, vel procuratori donatarij re tradita ea mente vt abſentis fiat, perfecta eſt. d. c. 11. nu. 15.
9 Donatio, in qua pacta turpia vel cõtra legem poſita sũt, valida eſt, pacta tamen hęc recijenda ſunt. d. c. 11. nu. 20.
10 Donatio excedens ſummã quingentorum ſolidorum, hoc eſt ſeptingentorũ ſcutorum, ſine ſcriptis hoc eſt ſine inſinuatione, inualida eſt quò ad ſummam excedentem prohibitionem. d. c. 11. num. 20. & 25. Excipiuntur hi caſus. Primus, ſi fiat pro redemptione capituorum. Secundus, ſi Dux belli militibus dona-

naret. Tertius, pro refectio ne ædificij corupti. Quartus, ſi fiat fauore eccleſiæ vel piȩ cauſæ. Quintus ſi a Principe in priuatũ: Sextus, ſi à priuato in Principẽ. Septimus, cũ creditor futuri tẽporis remitit vſuras. Octauus, ſi fiat propter nuptias. Nonus, ſi ob benemerita, vel ob quamcũq; cauſam oneroſam. Decimus ſi ſit viciſſitudinaria. Vndecimus, ſi cauſa mortis. Duodecimus, ſi fiat donatio bonorum, quæ de futuro ſpectant ad donatorẽ. d. c. 11. nu. 23. & 24.

11 Donatio acceptata licet inſinuata non ſit, valet tamen tanquam nudum pactum, & actionem, & obligationem parit. d. c. 11, nu.

nu. 28. maximè ſi iurata ſit, vt in nu. 29. etiam ſi ſtatutum annullet iuramentum . in nu. 30.

12 Donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum non valet etiam ſi fiat in actu teſtandi. d.c. 11. n. 31. & etiam ſi ſit iurata . vt in nu. 35. Secus ſi fiat bonorũ præſentiũ tantũ, vel omniũ mobilium , & immobiliũ non autem iurium, & actionum , vt in nu. 32. Valida eſt etiam ſi fiat eccleſiæ . in nu. 33. vel reciproca inter fratres . in nu. 34.

13 Donatio per ſuperuenientiã liberorũ ipſo facto reuocatur, ſi facta ſit ab eo , qui filios nõ habebat, nec de illis cogitauit ſed illis defunctis cõualeſcit, d.c. 11. n. 36.

14 Do-

14 Donatio ex propoſito facta extraneo in præiudiciũ filiorum, ita vt nihil ſit illis relictum, reuocatur in totũ, ſi autẽ nõ ex propoſito, reuocatur vſq; ad ſupplementum legitimæ. Facta vero etiam ex propoſito vni ex filijs, reuocatur tantum vſq; ad ſupplementum legitimę. Et prædicta procedunt etiam in donatione iurata. d. cap. 11. num. 37.

15 Donatio ob ingratitudinẽ reuocatur: & non valet pactum in contrarium. d. c. 11 nu. 38, & 39 Sed hoc reuocandi beneficium ob ingratitudinem ad hęredes non tranſit. d. c. 11. nu. 40. Nec habet locum in donatione facta eccleſiæ, aut fi-

lijs à matre quę ſecũdo nupſit, vel inhoneſtè viuit. d. c. 11. nu. 40.

16 Donatio ſimplex facta à patre filiofamilias non valet, nec inter maritum, & vxorem: confirmatur tamen morte donantis, poſt traditionem, ſi non excedat ſummam quingentorũ ſolidorum. d. c. 11. n. 41.

Donatio ſub conditione.

1 Donatio ſub conditione eſt contractus, in quo res propria ex liberalitatę irreuocabiliter in alium volenté transfertur. d. c. 11. nu. 42. in 2. 2. l. 2.

2 Donatio ſub conditione nó valet, niſi conditione impleta. Et illa impleta valet

etiam

etiam ſi conditio turpis ſit, ſtando in ſolo iure naturæ. d. c. 11. num. 44. ſecus de iure ciuili, in nu. 45.

Donatio ſub modo.

1 Donatio ſub modo eſt contractus, in quo res propria ex liberalitate irreuocabiliter in alium volentẽ trãsfertur cum appoſitione alicuius futuræ qualitatis non ſuſpendentis, tanquam cauſa finalis, veluti vt nubas, vt alimenta præſtes, & huiuſmodi. d. 2. 2. l. 2. c. 11. nu. 53.

Donatio cum adiectione diei.

1 Donatio cum adiectione diei

diei eſt contractus, in quo res propria ex liberalitate irreuocabiliter in alium volentem transfertur cum appoſitione alicuius futuri diei certi, vel incerti. Certus dies apponitur quando omnino eſt venturus, Incertus quando ita apponitur, vt multa contingere poſſint, vt non eueniat; d. l. 2. c. 11. nu. 58.

Donatio ob cauſam.

1 Donatio ob cauſam eſt contractus, in quo res propria in alium volentem irreuocabiliter trâsfertur ob cauſam intereſſe donantis côcernentem. Et cauſa hæc eſſe poteſt præſens, aut preterita. d. cap. 11. num. 59.

&

& propriè donatio non dicitur. in nu. 61. & eſt irrita ſe cauſa non ſequatur. 1. 2. l. c. 11. nu. 41.

2 Donationis cauſa duplex cõtingere poteſt, vna neceſſaria, altera vtilis. Neceſſaria dicitur quando donatarius facere obligatur id ad quod aliquid illi datur. Vtilis quando ad id nõ tenetur, ſed vtile illi erit. d. cap. 11. num 60. in 2, 2. lib. 2.

3 Donatio ob cauſam remunerationis propriè donatio non eſt, cum non ſit mera liberalitas. d. c. 11. nu. 64. in 2. 2. l. 2. Fieriq; poteſt vel ita vt æqualitas omnino ſeruetur, vel ita vt fines gratitudinis non egrediatur, licet cum aliquo mo-

dico exceſſu fiat. in nu. 63.
Facereq; illam poſſunt etiã
Prælati regulares, niſi prę-
ſtiterint iuramentum iuxta
formam Pontificalis Romani. ibi. in nu. 67.

4 Donatio ob cauſam remunerationis etſi cum aliquo
exceſſu modico fiat, tamen
inſinuatione non indiget;
nec reuocatur ob ſuperueniatiã filiorũ; nec ob ingratitudinẽ, etiã ſi demeritis
nõ ſit facta mentio; fieriq;
poteſt etiã inter pſonas inter quas donatio eſt ꝓhibita, & ab omnibus qui donare prohibentur, ſi bonorũ
adminiſtrationẽ habeant.
d. c. 11. nu. 66. in 2. 2.

5 Donatio ob cauſam piã duplicem finem habet; vnum
primarium, qui eſt amor
Dei,

Dei, & fauor animæ, alium ſecūdarium, & impulſiuū, q eſt vt illud opus impleatur. 1. 2. l. 2. c. 11. nu. 44. Et quando ob primarium finem facta eſt repeti non poteſt etiam ſi per errorem facta ſit. d. l. 2. c. 23. num. 29. & 35.

Donatio causa mortis.

1 Donatio cauſa mortis eſt contractus, in quo res propria ex liberalitate ita explicitè in alium præſentē coram quinq; teſtibus transfertur, vt illius fiat ex ſola cauſa mortis donatoris, vel alterius, & interim reuocari poſſit. 2. 2. l. 2. c. 11. n. 68. ſed inter liberos qnq; teſtes nō requirit. in n. 72.

2 De-

2 Donatio cauſa mortis quò ad effectum accedit vltimæ voluntati, ſed quò ad initium contractui. d. c 11. nu. 69. nec requirit traditionem, nec ſtipulationẽ. in num. 73. fieri etiam pro aliena morte poteſt. in nu. 74. nec indiget inſinuatione. in nu. 78.

3 Donatio cauſa mortis vtriuſq; contrahentis præſentiam, & conſenſu requirit, ſi per viam contractus celebretur: ſed in vltima voluntate etiam abſenti fieri poteſt. d. c. 11. n. 71.

4 Donatio cauſa mortis reuocabilis eſt vſq; ad ſupremũ vitæ exitũ, etiã re tradita: reuocaturq; ipſo facto morte donatarij ante mortem donatoris. d. c. 11. nu. 75.

5 Do-

5 Donationem cauſa mortis illi tantum facere poſſunt, qui teſtandi facultatem habent. 1. 2. l. 2. c 5. nu. 6. & in d. c. 11. nu. 79. Excipiuntur tamen illi omnes qui de iure contractus celebrare non poſſunt, vel omnino, vel niſi certa adhibeatur ſolemnitas: hi enim donationē cauſa mortis celebrare nō poſsūt vel omnino ſi omnino ꝓhibētur, vel niſi requiſitam adhibeant ſolemnitatem. d. c. 11. nu. 79.

6 Donatio cauſa mortis non eſt, ſed inter viuos erit exiſtimanda illa, quæ irreuocabiliter fit, etſi cauſa mortis, & in teſtamento fiat. 1. 2. l. 2. cap. 14 nu. 17. & c. 13. nu. 29. & 30.

7 Do-

7 Donatio cauſa mortis non cenſetur, ſed inter viuos illa quam facit infirmus, ſi in ea nulla mortis mentio fiat, ſi tamen non poſt mortem, ſed inter viuos effectus ſequuturus ſit, & dummodo ratione immi-nentis periculi non fiat: in quibus caſibus niſi adderetur clauſula irreuocabilis, donatio eſſet cauſa mortis, in d. c. 13. nu. 19.

8 Donatio etiam cauſa mortis inter virum & vxorem, conſtante matrimonio facta, nulla eſt: cõfirmatur tamen morte, ſi donator cum ſilentio moriatur, & donatio legitimam ſummam nõ excedat, & traditio facta ſit. 2. 2. l. 2. c. 5. nu. 136.

Dos.

1 Dos ibi eſſe debet vbi ſunt onera matrimonij. 1.2.l.2. c. 27. nu. 43. & c. 3. nu. 7.

2 Dos neceſſaria non eſt ad conſtituendum locum eccleſiaſticam. d. l. 2. cap, 14. num. 27.

3 Dos filię quò ad patrem æs alienum conſideratur. d. l. 2. c. 23. nu. 106.

4 Dos in maritandis filiabus illegitimis alimentorum loco ſuccedit: & ad quantitatem alimentorum ita à parentibus tradenda eſt; vt pater quantitatem alimentorum non excedat, & mater legitimam non minuat. d. l. 2. c. 24. nu. 5.

5 Dos conſtante matrimonio per-

Digitized by Google

pertinet ad maritum quò ad perfectam adminiſtrationem, veruſq; illius dominus in iure maritus dicitur; omniaq; circa illam facere poteſt, quæ veri domini circa res ſuas facere valent. d. l. 2.c.32. nu. 29.

6 Dos, quam filius familias lucratur virtute ſtatuti, an acquiratur patri, vel ipſi filio ex verbis ſtatuti eſt percipiendum; nam ſi verba ſtatuti dicāt, vt dotē lucretur ille, qui eā recepit, pater, qui illā recepit etiā quò ad proprietatem illam lucratur; ſi verò dicant, vir lucretur dotem, vſusfructus tantum ad patrem pertinet. d. l. 2. c. 3. nu 7.

7 Dos vxori reſtituitur quoties ob delictum mariti eſt

fa-

faciendum diuortium. d. l. 2. c. 32. nu. 114.

8 Dos ſi vxori reſtituenda eſt à marito paupere, vel a filijs eius pauperibus, vel ab eius patre paupere, dimittendum eſt illis quantum pro alimentis ſufficit, niſi ipſa vxor egeſtate laboret. d. c. 32. nu. 116.

9 Dos eſt danda matri pauperi, quę ſine periculo incōtinentiæ viuere nō poteſt, à filijs qui facere hoc poſſunt, & periculum ſciunt. Et idem eſt ſi ſine tali periculo viuere poſſet, ſed cū conſenſu filiorum ſecundo nuberet. d. l. 2. c, 1. nu. 25.

10 Dote priuare poteſt filiam pater ex omnibus cauſis pro quibus illam exheredare poteſt. d. l. 2. c. 23. n. 53.

diei eſt contractus, in quo res propria ex liberalitate irreuocabiliter in alium volentem transfertur cum appoſitione alicuius futuri diei certi, vel incerti. Certus dies apponitur quã do omnino eſt venturus, Incertus quando ita apponitur, vt multa contingere poſſint, vt non eueniat: d. l. 2. c. 11. nu. 58.

Donatio ob cauſam.

1 Donatio ob cauſam eſt contractus, in quo res propria in alium volentem irreuocabiliter trãsfertur ob cauſam intereſſe donantis cõcernentem. Et cauſa hæc eſſe poteſt præſens, aut prę terita. d. cap. 11. num. 59.

&

& propriè donatio non dicitur. in nu. 61. & eſt irrita ſe cauſa non ſequatur. 1. 2. l. c. 11. nu. 41.

2 Donationis cauſa duplex cõtingere poteſt, vna neceſſaria, altera vtilis. Neceſſaria dicitur quando donatarius facere obligatur id ad quod aliquid illi datur. Vtilis quando ad id nõ tenetur, ſed vtile illi erit. d. cap. 11. num 60. in 2, 2. lib. 2.

3 Donatio ob cauſam remunerationis propriè donatio non eſt, cum non ſit mera liberalitas. d. c. 11. nu. 64. in 2. 2. l. 2. Fieriq; poteſt vel ita vt æqualitas omnino ſeruetur, vel ita vt fines gratitudinis non egrediatur, licet cum aliquo mo-

dico exceſſu fiat. in nu. 63.
Facereq; illam poſſunt etiã Prælati regulares, niſi preſtiterint iuramentum iuxta formam Pontificalis Romani. ibi. in nu. 67.

4 Donatio ob cauſam remunerationis etſi cum aliquo exceſſu modico fiat, tamen inſinuatione non indiget; nec reuocatur ob ſuperueniãtiã filiorũ; nec ob ingratitudinẽ, etiã ſi demeritis nõ ſit facta mentio; fieriq; poteſt etiã inter pſonas inter quas donatio eſt ꝓhibita; & ab omnibus qui donare prohibentur, ſi bonorũ adminiſtrationẽ habeant. d. c. 11. nu. 66. in 2. 2.

5 Donatio ob cauſam piã duplicem finem habet; vnum primarium, qui eſt amor

Dei,

Dei, & fauor animæ, alium ſecũdarium, & impulſiuũ, q eſt vt illud opus impleatur. 1. 2. l. 2. c. 11. nu. 44. Et quando ob primarium finem facta eſt repeti non poteſt etiamſi per errorem facta ſit. d. l. 2. c. 23. num. 29. & 35.

Donatio causa mortis.

1 Donatio cauſa mortis eſt contractus, in quo res propria ex liberalitate ita explicitè in alium præſentẽ coram quinq; teſtibus transfertur, vt illius fiat ex ſola cauſa mortis donatoris, vel alterius, & interim reuocari poſſit. 2. 2. l. 2. c. 11. n. 68. ſed inter liberos qnq; teſtes nõ requirit. in n. 72.

2 Do-

2 Donatio cauſa mortis quò ad effectum accedit vltimæ voluntati, ſed quò ad initium contractui. d. c 11. nu. 69. nec requirit traditionem, nec ſtipulationē. in num. 73. fieri etiam pro aliena morte poteſt. in nu. 74. nec indiget inſinuatione. in nu. 78.
3 Donatio cauſa mortis vtriuſq; contrahentis præſentiam, & conſenſu requirit, ſi per viam contractus celebretur: ſed in vltima voluntate etiam abſenti fieri poteſt. d. c. 11. n. 71.
4 Donatio cauſa mortis reuocabilis eſt vſq; ad ſupremū vitæ exitū, etiā re tradita: reuocaturq; ipſo facto morte donatarij ante mortem donatoris. d. c. 11. nu. 75.
5 Do-

5 Donationem cauſa mortis illi tantum facere poſſunt, qui teſtandi facultatem habent. 1. 2. l. 2. c. 5. nu. 6. & in d. c. 11. nu. 79. Excipiuntur tamen illi omnes qui de iure contractus celebrare non poſſunt, vel omnino, vel niſi certa adhibeatur ſolemnitas: hi enim donationẽ cauſa mortis celebrare nõ poſsũt vel omnino ſi omnino ꝓhibẽtur, vel niſi requiſitam adhibeant ſolemnitatem. d. c. 11. nu. 79.

6 Donatio cauſa mortis non eſt, ſed inter viuos erit exiſtimanda illa, quæ irreuocabiliter fit, etſi cauſa mortis, & in teſtamento fiat. 1. 2. l. 2. cap. 14 nu. 17. & c. 13. nu. 29. & 30.

7 Do-

2 Donatio cauſa mortis quò ad effectum accedit vltimæ voluntati, ſed quò ad initium contractui. d. c 11. nu. 69. nec requirit traditionem, nec ſtipulationé. in num. 73. fieri etiam pro aliena morte poteſt. in nu. 74. nec indiget inſinuatione. in nu. 78.

3 Donatio cauſa mortis vtriuſq; contrahentis præſentiam, & conſenſu requirit, ſi per viam contractus celebretur: ſed in vltima voluntate etiam abſenti fieri poteſt. d. c. 11. n. 71.

4 Donatio cauſa mortis reuocabilis eſt vſq; ad ſupremũ vitæ exitũ, etiã re tradita: reuocaturq; ipſo facto morte donatarij ante mortem donatoris. d. c. 11. nu. 75.

5 Do-

5 Donationem cauſa mortis illi tantum facere poſſunt, qui teſtandi facultatem habent. 1. 2. l. 2. c 5. nu. 6. & in d. c. 11. nu. 79. Excipiuntur tamen illi omnes qui de iure contractus celebrare non poſſunt, vel omnino, vel niſi certa adhibeatur ſolemnitas: hi enim donationẽ cauſa mortis celebrare nõ poſsũt vel omnino ſi omnino ꝓhibẽtur, vel niſi requiſitam adhibeant ſolemnitatem. d. c. 11. nu. 79.
6 Donatio cauſa mortis non eſt, ſed inter viuos erit exiſtimanda illa, quæ irreuocabiliter fit, etſi cauſa mortis, & in teſtamento fiat. 1. 2. l. 2. cap. 14 nu. 17. & c. 13. nu. 29. & 30.

Digitized by Google

Dos.

1 Dos ibi eſſe debet vbi ſunt onera matrimonij. 1.2.l.2. c. 27. nu. 43. & c. 3. nu. 7.

2 Dos neceſſaria non eſt ad conſtituendum locum eccleſiaſticam. d. l. 2. cap, 14. num. 27.

3 Dos filię quò ad patrem æs alienum conſideratur. d. l. 2. c. 23. nu. 106.

4 Dos in maritandis filiabus illegitimis alimentorum loco ſuccedit: & ad quantitatem alimentorum ita à parentibus tradenda eſt; vt pater quantitatem alimentorum non excedat, & mater legitimam non minuat. d. l. 2. c. 24. nu. 5.

5 Dos conſtante matrimonio

per-

pertinet ad maritum quò ad perfectam adminiſtrationem, veruſq; illius dominus in iure maritus dicitur; omniaq; circa illam facere poteſt, quæ veri domini circa res ſuas facere valent. d. l. 2.c.32. nu. 29.
6 Dos, quam filius familias lucratur virtute ſtatuti, an acquiratur patri, vel ipſi filio ex verbis ſtatuti eſt percipiendum; nam ſi verba ſtatuti dicāt, vt dotē lucretur ille, qui eā recepit, pater, qui illā recepit etiā quò ad proprietatem illam lucratur; ſi verò dicant, vir lucretur dotem, vſusfructus tantum ad patrem pertinet. d. l. 2. c. 3. nu 7.
7 Dos vxori reſtituitur quoties ob delictum mariti eſt fa-

faciendum diuortium. d. l. 2. c. 32. nu. 114.

8 Dos ſi vxori reſtituenda eſt à marito paupere, vel a filijs eius pauperibus, vel ab eius patre paupere, dimittendum eſt illis quantum pro alimentis ſufficit, niſi ipſa vxor egeſtate laboret. d. c. 32. nu. 116.

9 Dos eſt danda matri pauperi, quę ſine periculo incõtinentiæ viuere nõ poteſt, à filijs qui facere hoc poſſunt, & periculum ſciunt. Et idem eſt ſi ſine tali periculo viuere poſſet, ſed cũ conſenſu filiorum ſecundo nuberet. d. l. 2. c, 1. nu. 25.

10 Dote priuare poteſt filiam pater ex omnibus cauſis pro quibus illam exheredare poteſt. d. l. 2. c. 23. n. 53.

11 Do-

11 Dote, alimentis, & hereditate priuare poteſt pater filiam, quæ ſine ipſius patris conſenſu infra 25. annum matrimonium contraxit, rationabili cauſa ceſſante, etiam ſi digno nupſerit d. c. 23. nu. 54.

12 Dotem amittit mulier, Primò propter adulteriũ. d. l. 2. c. 32. nu. 68. niſi de conſenſu mariti adulteriũ committat, in nu. 69. vel niſi & ipſe maritus adulter ſit, vt in nũ. 70. vel niſi reconciliationem a marito obtineat, vt in nu. 72. vel niſi vi aut metu cognita ſit, vt in nu. 73. & 74. vel niſi adſit pactum de reſtituenda dote in omni caſu ſeparationis ſine liberis. in num. 75. vel niſi mortua ſit

niu-

mulier, & per duos mēſes maritus tacuit. vt in num. 76. vel ſi viueret, tacuit per quinquenniũ. in n. 77. Secundò amittit mulier dotē ob oſculum, & tactum inhoneſtum. in nu. 83. Tertiò ſi balneum cum alienis viris ingrediatur. in nu. 107. Quartò ſi à viro ſine iudicio eccleſiæ diſcederet, niſi ſtatim rediret, , aut niſi vir hæreticus eſſet. in nu. 109. & 110. Quintò ſi ſcienter inceſtas nuptias contrahat. d. l. 2. c. 32. nu. 111. Sextò ſi ſcienter cum hæretico matrimonium contrahat. in nu. 112.

3 Dotem amiſſam propter adulterium relinquere non tenetur vxor ante Iudicis ſententiam, & ſeparationem

nem matrimonij. d. c. 32. num. 84. niſi ſtatutum aliquod expreſsè hoc decerneret, vt in nu. 85.
14 Dotē repetere poteſt vxor quando maritus incipit male vti ſubſtantia ſua. d. c. 32. nu. 113, niſi ſit excommunicata, vt in nu. 115.
15 Dotem maritus vxori cōſtante matrimonio reſtituere non poteſt, niſi vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas, vel pietatis ratio hoc ſuadeat, in quibus caſibus poteſt quidem, ſed non obligatur dotem reſtituere. d. c. 32. nu. 117.
16 Dotem ſi maritus vxori conſtante matrimonio ſine cauſa reſtituat, illā iterū reſtituere, tenetur q̄do dos cōſūpta nō eſt, ſed mulier in-

inde locupletior effecta iuuenitur . ib.

7 Dotis non ſolutæ fructus petere maritus poteſt, ſi onera matrimonij ſuſtineat; & quantum in ſe eſt fecit vt dotem perciperet . d. c. 32. nu. 10.

Dotis domina vxor eſt, maritus verò eſt dominus fructuum . d. c. 32. num. 29. dummodo tria concurrant Primum vt matrimonium conſtet . Secundum, vt ſuſtineat onera . Tertium vt dos ſit tradita . in nu. 30.

Dotalia bona .

Dotalia bona immobilia neq; de conſenſu vxoris maritus alienare, vel obligare poteſt, ſi inæſtimata

illa

illa habuit, l. 2. l. 2. c. 32. nu. 32. Niſi vxor cum iuramento nec vi, nec dolo, nec præcibus importunis præſtito cõſentiat. in n. 35. Vel niſi dotalis fundus cõmunis eſſet, & ſocius peteret diuiſionem, vel niſi vtilitas vxoris alienationẽ poſtularet, aut niſi cũ vniuertitate eſſent alienanda, & in ſimilibus vt per Baldum Nouellum, d. c. 32. num. 37.

2 Dotalia bona immobilia, quę maritus æſtimata habuit alienare etſi poſſit, ab vxore tamen vendicantur ſoluto matrimonio, omnibuſq; ipſa præfertur. Et etiam conſtante matrimonio, ſi maritus eſt pauper. d. c. 32. nu. 32. & 33.

3 Do-

3 Dotalia bona mobilia ſine vxoris conſenſu alienare, maritus poteſt in tribus caſibus, & Primus eſt, quando in pondere numero, & menſura conſiſtunt. Secūdus quando ſeruari non, poſſunt. Tertius quando æſtimata in dotem data ſunt. d. c. 32. nu. 39. Sed ſi extra hos caſus illa alienaret, in conſcientiæ foro tutus eſſet, ſi indemnem vxorem ſeruaret. in n. 40.

Dubium, & dubitans.

Dubij propria natura eſt illa, quæ cum anceps ſit, ita ſe habet, vt in hanc, vel illam partem nō aſſentiat, nec diſſentiat, ſed ſine probabilibus rationibus hu-

ius, vel illius partis, neq; ad hanc, neq; ad illam partem inclinet. 1. 2. lib. 2. c. 17. nu. 131. & 2. 2. lib. 2. c. 6. nu. 108.

2 Dubitans de validitate cenſuræ ob defectum non ſubſtantialem, ſed tantum ad iuſtitiam pertinentem, petere, & accipere debet abſolutionem ſimpliciter, nõ ad cautelã. 3. p. lib. 1. c. 10. num. 20.

3 Dubitans de validitate cenſuræ quò ad forũ exterius, ſi certus eſt in foro conſcientiæ, & abſolutionẽ petat ad cautelam, validè abſoluitur etiam in foro conſcientiæ, ſed peccat. d. c. 10. nu. 22.

Duel-

Duellum.

Duellum ſecundum vulgatum modum loquendi ſumitur pro ſingulari duorũ, vel plurium certamine, hinc inde ex condicto ſuſceptum cum determinatione loci. 3. p. l. 4. c. 4. num. 5.

Duellum debet eſſe publicum vt quis incurrat excommunicationem latam in Conc. Trid. contra duellum committentes. Et dicitur publicum quando fit præcedentibus denunciationibus, & chartulis, cum determinatione loci, & interuentu patrinorum. d. c. 4. nu. 6. Faciendumq; eſt ex odio, & cum probabili

vitæ periculo, aut mutilationis membrorum, aut grauium vulnerũ. in nu. 7. Nec eſt neceſſarius animus vt per victoriæ euentum eruatur veritas. in nu. 8.

3 Duellum licere, ſi fiat ob defenſionem vitæ, vel honoris aut facultatum in notabili quantitate; aut quãdo bellũ reſoluitur in ſingulari certamine, probabilis eſt multorum Doctorũ ſententia. d. c. 4. nu. 9.

4 Duellum non fit pro defenſione honoris, ſi ideo acceptetur ne quis reſpuendo illud iacturam honoris faciat, cum apud ſapientes & probos honori ſit aſcribendũ reſpuere duellum à Chriſtianis legibus vetitum. d. c. 4. nu. 9.

5 Duel-

5 Duellum commitentes, locum Chriſtianis concedẽtes, Patrini, conſilium in cauſa duelli dantes vt inde ſequatur effectus; ſecum ſi ad impediẽdum; & ſpectatores excondicto excõmunicantur in Conucil. Trid. d. c. 4. nu. 10. Et quamuis non ſit reſeruata in ſacro concilio, reſeruatur tamen a bulla Clem. viij. in n. 16.

6 Duellum committentes ex condicto, & in aliquo loco, & tẽpore determinato excommunicantur à Bulla Greg. xiij. à qua non ligantur duello conſentientes, & ſe inuicem prouocantes, niſi effectus ſequatur. d. c. 4. num. 11. Illaq; ligantur Domini locorum in terris ſuis duellum permit-

mittentes, & quãtum poſſunt non prohibentes. in num. 12. Nec excuſantur ſi hoc faciant ſub prætextu vitandi maius malum, quia nullus talis caſus aſſignari poteſt. in nu. 13. excuſantur tamen, ſi nullus ſequatur effectus. in nu. 14. Et illa ligantur omnes ſocij, ſi per eos non ſtetit quin pugna ſequatur, mandantes, inſtigantes, conſulentes, & auxiliantes. in nu. 15.

7 Duellum committentes, & in cauſa duelli diuerſimodè delinquẽtes excõmunicantur in Bulla Clem. viij. quæ quò ad principales pugnam committentes non differt a Bulla Gregor. xiij. ſed quò ad alios multas ampliationes con-

continet, vt in d. cap. 4. num. 17.

8 Duellorum leges regulandę ſunt lege rationis, non autem iuxta prauas conſuetudines, & vlgarem hominum opinionem. 1. 2. l. 2. c. 3 num. 13.

Ebrius.

1 Ebrius, & dormiens à cenſura non excuſatur quando facit actum ſub cenſura, prohibitũ in caſu quo præuidere illum poterat, & culpabiliter non præuidit. 3. p. l. 1. c. 3. nu. 79.

Eccleſia.

1 Eccleſia diruta, erecta ibi cruce, cũ auctoritate epiſco-

ſcopi ad profanos vſus reduci poteſt. 1. p. l. 1. c. 13. num. 11.

2 Eccleſia eſt cultrix, & adiutrix iuſtitiæ 1. 2. l. 2. c. 11. num. 60. Et non iudicat de occultis. 2. 2. l. 1. cap. 4. num. 11.

3 Eccleſia ita immunitate gaudet, vt ad illam confugientes tempore belli, ſi ex ea non pugnarunt, nec ab illa extrahi, nec occidi ibi poſſint, ceſſante futuro periculo bellatorum d. l. 2. c. 18. nu. 61. Quò ad immunitatem eccleſiæ vide ver. Immunitas eccleſi.

4 Eccleſia patronum ſumma egeſtate laborantem alere tenetur, ſi ipſi eccleſię ſuperſit. d. l. 2. c. 21. nu. 2. etiam ſi dos à patrono illi aſſi-

X

aſſignata perempta ſit, in nu. 12. Alereq; illum debet pro ſua dignitate. in nu. 7. Et ad hoc iure poſitiuo non autem diuino tenetur. in nu. 6.

5 Eccleſia eodem tempore, pluribus patronis diuerſarum qualitatum alimenta debens, quomodo illa debeat, variæ ſunt Doctorũ ſententiæ. d. c. 21. nu. 9.

6 Eccleſiæ tunc ſupereſſe dicitur vt patronum alere tenetur, quando eius miniſtris debita ſalaria præſtita ſunt, reſtituta ædificia, ſartaq; tecta, & comparata ornamenta, aliaq; ad ſacra peragenda neceſſaria. d. c. 21. nu. 4. Quibus deductis etiam patroni familiã alere obligatur. in nu. 5.

7 Eccleſiæ patronum ſumma egeſtata laborare dicitur vt ab eccleſia ſit alendus, quando conuenientia ſui ſtatus non habet , nec ex induſtria viuere valet, nec adſunt qui de iure illi alimenta præſtare poſſint. d. c. 21. nu. 3.

8 Eccleſiæ, monaſteria, cæmeteria, & huiuſmodi, ac etiam ligna, & lapides, quibus ędificata fuerunt in cõtractum venire non poſsũt. 2. 2. l. 2. cap. 5. num. 188. Nec eccleſię bona, niſi iuxta extrauag. Ambitioſe. in nu. 210.

9 Eccleſia cenſuras non profert ſub alique determinata forma. 3. p. l. 1. cap. 5. num. 1.

10 Eccleſia non habet poteſta-

ſtatem ligandi, & ſoluendi mortuos quò ad peccata: ſed declarat illos abſotos quando de illorum pænitentia ante mortem facta constat. d. 3. p. l. 2. cap. 2. num. 62.

11 Eccleſia quò ad bonorum eccleſiaſticorum priuationem etiam circa mortuos poteſtatem habet. ibi.

12 Eccleſia cathedrali interdicta poſſunt canonici illius extra illam collegialiter, & ſolemniter celebrare. d. 3. p. l. 6. c. 1. nu. 12.

13 Eccleſia cathedralis non intelligitur interdicta in interdicto generali omniū eccleſiarum ciuitatis, vel diæceſis. d. c. 1. nu. 14.

14 Eccleſia interdicta cenſentur etiam interdictæ capel-

Digitized by Google

lę & cæmeteria contigua i d.c. 1. nu. 13.

15 Eccleſia aliqua ſpecialiter interdicta, in ea diuina nec etiam ianuis clauſis & ſum miſſa voce celebrari poſſunt. d. l. 6. c. 2. num. 46. Niſi in illa Euchariſtię ſacramentũ pro infirmis ſeruari ſoleat, nam tunc licebit miſſam celebrare ad renouandum euchariſtiæ ſacramentum iuxta neceſſitatem infirmorum. in nu. 47.

Eccleſiaſtici.

1 Eccleſieſticorum appellatione quò ad exemptiones obtinẽdas veniunt vtriuſq; ſexus religioſi omnes; omneſq; qui ſeruitio monaſterij, vel pij loci ſunt depu-

putati; ac omnes clerici, qui ſaltem diebus feſtis inſeruiunt diuinis, & illi qui veſtem, & tonſuram clericalem deferunt, & a negotiationibus ſe abſtinent. t. 2. l. 2. c. 17 nu. 102.

2 Eccleſiaſticorum appellatione quò ad priuilegium fori veniunt omnes clerici etiam prime tonſuræ ſeruantes ea quæ habentur in Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de reformat. Imò & clerici etiam primę tonſuræ ſi cum vnica, & virgine cõiugati ſint, ſi tonſuram & veſtes deferant clericales, & ſacros ordines non habeant, dummodo de mandato epiſcopi eccleſiæ ſeruiant. Regulares omnes etiam conuerſi, & nouitij,

Digitized by Google

ac Eremitæ viuentes ſub obedientia epiſcopi. 3. p. l. 3. c. 10. nu. 26. Equites Ieroſolymitani. in nu. 27. Et Tertiarij Sancti Dominici, & Sancti Franciſci gregatim viuentes, & habitũ religionis geſtãtes. in nu. 28. Et hi omnes gaudẽt etiã priuilegio canonis. vt in l. 4. c. 2. q. 5. per totum.

3 Eccleſiaſtici nec ſi velint poſſunt ſibi iudicem ſæcularem conſtituere, nec ratione contractus, nec ratione delicti. d. c. 10. n. 28. Et procedit etiam ſi ante clericatum ſe obligaſſent, aut deliquiſſent, & etiam ſi clericatum ſuſcepiſſent in fraudem, & in carceribus, aut ab epiſcopo non ſuo. in nu. 29. & 30. Non

liberantur tamen à confiſcatione bonorum & pœna pecuniaria per clericatum in fraudum ſuſceptum . in nu. 31 Nec habent hæc locum quo ad ſuſcipientes habitum regularem dum eſſent obnoxij ratione delicti, aut æris alieni excedentis vires patrimoniales. in nu. 32.

4 Eccleſiaſtici ad ſæcularia iudicia trahi poſſunt in cauſis feudalibus coram domino directo; ac etiam quãdo ad eorum emendationẽ eccleſiaſtica poteſtas non ſufficit, dũmodo degradati prius ſint, & ſæculari curiæ ab eceleſiaſtico Iudice traditi. d. c. 10. nu. 34.

5 Eccleſiaſticos ad ſæcularia iudicia trahentes ſunt ex-

com-

communicati etiamſi illos trahant quò ad cauſas pertinentes ad illorum bona. d.c. 10. nu. 37. Niſi cauſa fuiſſet inſtituta reſpectu bonorum prius quam reus eccleſiaſticus efficeretur. in nu. 38. Vel niſi eccleſiaſticus eſſet heres laici, qui litem inchoatam in foro ſęculari reliquit. in nu. 39. Vel niſi in cauſa reconuentionis in cauſa ciuili, vbi hoc ex conſuetudine fieri ſolet: dummodo reconuẽtio fiat ante litis conteſtationem. in d.c. 10. nu. 41. 42. & 43.

6 Eccleſiaſtici etiam ſi causâ habeant communem cum ſæcularibus coram Iudicæ eccleſiaſtico conueniendi ſunt. d. c. 10. nu. 44.

7 Ec-

7 Eccleſiaſticorum cauſas cognoſcentes Iudices laici, aut quomodolibet circa illas ſe interponentes ſine expreſſa licentia ſedis Apoſtolicæ, excommunicantur in bulla cænæ Domini. d. l. 3. c. 11. nu. 1. & 2. & in toto illo capit. multi caſus circa hanc materiam examinatur.

8 Eccleſiaſtici Iudices repetere tenentur eccleſiaſticos à laicis detentos. d. cap. 11. num. 32.

9 Eccleſiaſticus delinquens in Iudicio ſæculari ab eodem Iudice puniri reali pæna, non poteſt. d. c. 11. nu. 38.

10 Eccleſiaſtici tenentur facere quantũ poſſunt vt egrediatur interdictus e loco vbi diuina celebrãntur. Et

ſi

ſi non poſſunt, diuina officia dimittant, & alibi celebrent, d. 3. p. l. 6. cap. 2. num. 64.

Eccleſiaſtica libertas.

1 Eccleſiaſticam libertatem, tunc ſtatutum directè tollit, quando per illud eccleſia, vel eccleſiaſtici aliquid facere expreſse prohibentur, vel coguntur circa ea, quæ liberè facere poſſunt ob ſibi conceſſam exemptionem, ſeu immunitatem. 3. p. lib. 3. cap. 10. num. 50.

2 Eccleſiaſtica libertas per ſtatutũ indirectè tollitur q̃do ex illo eccleſiaſtici efficiuntur deterioris conditionis quàm laici. d. c. 10. nũ 51.

3 Ec-

3 Eccleſiaſtica libertas per ſta tutum deprimitur, quādo ratione ſtatuti timidiores eccleſiaſtici redduntur. d. c. 10 nu. 53. reſtringitur verò quando diſponitur ne eccleſiaſtici aliquid facere valeant ſine licentia ſæcularium. in nu. 54. præiudicium illi affertur, tollendo, deprimendo, lædendo, aut quomodocunq; reſtringendo. in nu. 55.

Eccleſiaſtica iuriſdictio.

1 Eccleſiaſtica iuriſdictio eſt facultas iuris dicendi circa cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas, aut quę ad forum eccleſiaſticum, quocunq; iure pertinent. 3. p. l. 3. c. 10 nu. 61.

2 Ec-

2 Eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes ſiue directè, ſiuè indirectè hoc faciant excommunicantur in bulla cænæ Domini. d. c. 10. nu. 59. & ſequentib.

3 Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercentes contra determinationem ſacrorum canonum impediri poſſunt abſq; pæna excommunicationis. d. c. 10. nu. 62.

Electio.

1 Electio Principis vt fiat à Populo ex conſuetudine introduci poteſt, ſi Imperator hoc ſcit, & tolerat ob bonum populi regimé. n. 2. l. 2. c. 16. nu. 30.

2 Electio de iure naturæ valida, tenet in foro conſcientię,

tię, licet, in ea non ſit ſeruata forma iuris humani. 2. 2. l. 2. c. 7. nu. 56.

3 Eligendi poteſtate priuantur clerici, & triennio ab eccleſiaſticis beneficijs ſuſpenduntur, ſi quemquam indignum, vel contra debitam formā eligant. 3. p. l. 5. c. 4. nu. 1. ſi electionis ſequatur effectus. in nu. 2.

Eligendus in epiſcopum excedere debet trigeſimum ætatis annum, eſſe debet legitimè natus, & vita, ac ſcientia commendabilis. d. c. 4. nu. 1.

Eligendus ad dignitates, aliaq; beneficia curam animarum habentia attingere debet 25. ætatis annum, eſſeq; debet ſcientia, & moribus cōmendabilis in d. n. 1.

6 Eli-

6 Eligens indignum peccat mortaliter, quamuis non ſequatur effectus. d. c. 4. num. 3.

7 Eligens dignum, omiſſo digniori, mortaliter peccat. d. c. 4. nu. 4. Valida eſt tamen electio. in nu. 5. Imò & licita quando alioquin probabiliter creditur eligendum eſſe indignum. in n. 7. Et probabiliter excuſãtur patroni laici eligẽtes dignũ. in nu. 8. & dignior dicitur, qui aptior eſt ad id quod eligitur. in nu. 6.

8 Electio ex pacto in beneficialibus inducit ſimoniam. 3. p. l. 4. c. 5. nu. 67.

9 Electus in Papam à minori numero quàm a duabus partibus Cardinalium, ſi electioni ſuæ conſenſerit,

ex-

excommunicationem incurrit ipſe, & qui eum in Papam receperint. d. 3 p. l. 4. c. 6. nu. 15. non eſt tamen irregularis, ſed alijs pænia punitur ſi ſe Papam appellat. d. 3. p. l. 7. c. 2. num. 120.

Electioni de ſe factæ per abuſum ſęcularis poteſtatis conſentient non eſt irregularis. d. c. 2. nu. 121.

Electiones monialium dirigentes ſi non rectè ſe gerant excommunicationem incurrunt. Eademq; cenſura locum habet etiamſi moniales viuant vt canonici ſæculeres, ſi ipſe electionem faciunt. d. 3. p. lib 4. c. 6. nu. 41.

Eligendi iure actiuè, & paſſiuè excõmunicati maiori

iori excõmunicatione priuati ſunt. d. 3. p. l. 2. c. 3. nu. 31. Et inualida eſt electio, ſi in illa ſcienter excõmunicatus admittatᷣ. n. 33. Et ſi admittatᷣ ignorãter inualida eſt electio, quæ celebratur per ſecreta ſuffragia, ſecus ſi publicè quando votum excommunicati non eſt neceſſarium ad cõſtituendam maiorem partem. in num. 35. & prędicta proceduut quò ad denunciatos, & publicos percuſſores clericorum. in num. 36.

Electio Confeſſarij.

1 Electionem Confeſſarij habet ſummus Põtifex à iure diuino. 1. p. l. 1. c. 10. nu. 1

epi-

episcopi, ac Prælati ſuperiores, & inferiores exempti illam habent de iure poſitiuo. in nu. 2. & multi ex priuilegio, vt in num. 11. elegire tamen debent approbatum, excepto Papa d. c. 10. nu. 18.

2 Electionem confeſſarij non habet Abbatiſſa, & Prioriſſa monialium quantum uis exempta ſit, d. c. 10. num. 3.

3 Electionem confeſſarij non habent Vicarij Epiſcoporum, vel Abbatum, aut aliorum ſuperiorum regularium, niſi illi, quorum vices gerunt, officium non exerceant, vel ita abſint, vt abſq; nimio labore ad illos acceſſus non pateat d. c. 10. num. 4. & 6.

Digitized by Google

4 Electionem confeſſarij non habent Parochi, niſi, immediatè Papę ſubiecti ſint. d. c. 10. nu. 7.

5 Electionem confeſſarij propter ignorantiam proprij ſacerdotis facere quis non poteſt. d. c. 10. nu. 8.

6 Electionem confeſſarij non habent Parochiani, quorum Parochus aliud beneficium curam animarum habens impetrauit, quamuis vtriuſq; beneficij Parochiani poſſint ſe ab eius obedientia ſubtrahere, d. c. 10. nu. 9.

7 Electionem confeſſarij ex conſuetudine nemo habet. d. c. 10. nu. 10.

8 Electionem confeſſarij facere non poſſunt regulares vtriuſq; ſexus, cuiuſcunq; ſint

ſint ordinis, nec virtute, bullæ cruciatæ, nec cuiuſuis ſocietatis. d. c 10. nu. 11. ſed tantum virtute Iubilei in quo hęc poteſtas omnibus generaliter conceditur. in nu. 12. & quando cum debita licentia à monaſterio abſunt, & non habent copiam ſacerdotis ſui ordinis. in nu. 13. 14. & 17. In quo caſu etiam nō approbatum eligere valēt. in nu. 16.

Eleemoſyna.

1 Eleemoſyna eſt actus, quo miſericordia mediante, aliquid indigēti datur propter Deum. Et diſtinguitur ſeptempliciter iuxta ſeptem genera neceſſitatum,

quę homines patiuntur; quæ hoc verſu continẽtur: *Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo*. 1. 2. l. 2. c. 34. nu. 1.

2 Eleemoſyna eſt ſub præcepto, reduciturq; ad præceptum honorandi parentes; obligatq; cum quis ſuperfluum habet, & euidens, ac vrgens ꝓximi neceſſitas apparet. d. c. 34. nu. 1,

3 Eleemoſynã faciens ex his, quæ ſibi & ſuis ſimpliciter ſunt neceſſaria peccat, niſi ille cui eleemoſynam facit eſſet reipubl. ſummopere neceſſarius, & alioquin periret. d. c. 34. nu. 3.

3 Eleemoſynam ex iniuſtè acquiſitis facere non licet, quando illa ſunt obnoxia reſtitutioni certæ perſonę; vel

vel quando qui daret eleemoſynam efficeretur impotens od reſtituendum tantundem eis, à quibus iniuſtè habuit. Niſi quis in dictis caſibus eleemoſynam extremè indignitatibus daret; dummodo de ſuo illã dare non valeat; & dummodo rei dominus & ipſe in extremà neceſſitate conſtitutus non ſit. d. cap. 34. num. 4.

4 Eleemoſynã ex turpi lucro, ſed non iniuſto facere licet. d. c. 34. nu. 5. c. & 11. nu. 63. in eod. l. 2.

5 Eleemoſynam facere poteſt ille, qui iuſtum dominiũ, vel iuſtam diſpenſationem alicuius rei habet. d. c. 34. nu. 6. Ideoq; illam facere non valet Religioſus diſpẽ-

ſationē non habens, niſi ex expreſſa, vel tacita licentia ſuperioris; vxor de bonis mariti, niſi in certis caſibus; filiusfamilias, niſi habeat bona, & illorum vſumfructum, vel niſi ex expreſſa vel pręſumpta patris voluntate. & idem eſt de ſeruo; excommunicatus etiam eleemoſynam facere non valet. d. c. 34. nu. 7. Nec illam etiam per alium recipere licet, niſi concionatoribus, excepto caſu neceſſitatis, d. l. 2. cap. 11. nu. *64.* & *65.*

6 Eleemoſynam ſeruato ordine eſt facienda, ita vt omnibus ille præferatur qui extremè indiget, etiamſi infidelis ſit. Et ſecluſa extrema neceſſitate eis in primis

mis facienda eſt quorũ cura ſpiritualis, aut temporalis nobis demandata eſt, & propinquior eſt preferendus, & inter propinquos dandus eſt prior locus conſanguineis, poſterior affinibus. Poſt proquinquos ſuccedunt ſanctiores, inter quos non tam paupertas quam religio attendenda eſt, & moniales ceteris regularibus ſunt præferende in æquali gradu paupertatis. d. c. 34. nu. 8.

7 Eleemoſyna potius eſt danda patri infideli, quàm extraneo fideli in caſu æqualis neceſſitatis. d. c 34. n. 10.

8 Eleemoſynam, ordine non ſeruato faciens, reſtituere non obligatur. d. cap. 34. num. 11.

Emancipatio.

1 Emancipatio non tollit ea, quæ à naturali iure proueniunt. In filiorumq; fauorem inuenta eſt, 1.2.l.2. c. 23. nu. 92.

Emphyteuſis.

1 Emphyteuſis eſt ius datum ad vtendum perpetuo re immobili pro annua modica penſione, in recognitionem directi dominij. 2. 2. l. 2. c. 9. nu. 2.

2 Emphyteuſim cõcedens debet eſſe directus dominus rei, quæ cõceditur. Ideoq; emphyteutę rem emphyteuticam alteri in emphyteuſim cõcedere non licet,

etſi

Digitized by Google

etſi libellario liceat alteri libellare. d. cap. 9. num. 3. & 4.

3 Emphyteuſis tunc propriè dicitur quando eſt perpetua. d. c. 9. nu. 5. & in rebus mobilibus conſiſtere non poteſt. in nu. 7. Modicamq; annuam penſionē ſoluere debet, in nu. 8.

